

Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Est hic Liber è Bibliotheca Joannis Nixdorff, cujus manu insertae passim observationes sunt adscriptae.

FORIDICA NOVELLA,

SEV

CONSTITVTIONES ET STATVTA OMNIA

praxi Iudiciariæ obuia, ab Anno 1550. ad moderni temporis vsq; tractum compendiosé concinnata.

Authore

GREGORIO CZARADZKI I.C.

POSNANIÆ,
In Officina Ioannis Wolrabj.
Anno 1620.

In arma gentilicia

Heroum de B N I N

OPALINSKICH.



Celsa Gens OPALINII Decoris,
BNIN cui sedem properauit alma,
Tessalâ NAVIM preciosiorem
Culminat Argô.

Illustribus & Magnificis

Heroibus Dominis

De Bnin Opalinijs.

D. LVCÆ

CASTELLANO

POSNANIEN. LEZAISCEN

&c. &c.

D. IOANNI

Hæredi in Opalenica &c. &c.

D. PETRO SRE-

men. Pobiedziſcen. &c. &c.

CAPITANEIS.

Dominis & Patronis Auguſtiſsimis.

S. D. Felicit. plurim. optat.

G*RANDEM San-*
ctionum Regni molē
ILLVSTRES & MA-
GNIFICI DOMINI,

in

in accisam methodum mihi restringenti, nodoq; succinctiore filum Iuris Sarmatici Dædaleum adglomeranti, paullū absimile accidit, quam Plinianis Callicrati ac Myrmecidæ: hic siquidem quadrigam fertur fabricauisse, quam alijs musca contegeret; ille ex ebore formicas, aliaue adeo minuta fecit animalia, vt partes earum á cæteris cerni vix possent. Siue illi, quem Tullius recenset Homeri Iliadem metris suis numerosissimam, in membrana descriptam, nuce inclusisse. Enimuero dissimili sanè ex scopo: isti quippe sua arti-

ficiata curiosæ demirationi fixere, cæterum vt adspecta, ceu Fidiæ signum quidem primo obtutu tenus probata, vti leuia posthac Bæotico genio fusa perfacile improbabantur. leuis namq; causa effectum leuiorem sortiri sueuit. Sed neq; vt illud Morothecon Darij, centum octoginta millibus talentis cōparatum, Pæleo nimirum dynastæ arculam ceßam, asseruandæ Odißeæ destinatam extruxi, potius Astrææ Themisq; Polonæ promptuarium, non Achilea decora, vel Agamemnonis fastus, verùm diademata Regum, & ipsorum Sancta scita-

ta, incolarumq; Sarmatiæ immunitates æuiternas complectens, magnis legum blẽmatis fulgurans opus fabricaui. Namq; dum a prima iuuenta optimis artibus deditus essem, ab Aristoteleisq; castris, in campum Iurisprudentiæ desiluissem: vbi stipendiarium agens cum in sago Accursiano velitabundus sudaßem, prætexta Azonis accincto, Bartoli eiusq; antagonistæ sequacis Baldi Togam prẽsauisse profuit: vnde non pauca ex tholo eius archiuij Iuristici deprompta publicitus propalasse haud piguit. Deinceps ad

Legum Patriarum pragmatiam accurrenti, eiq; exotici iuris Sphynges synceré applicanti, lucubrata quædam paucis ante annis in medium protulisse licuit. Nunc porro usui publico stratam planiorem instaurans, hocce opus iuridicum (cui FORIDICA NOVELLA est nomen) summo cum studio, ex institutis Regni citerioribus laboriosé concinnaui. Cogitaui simul, ne merces absq; naui fluctibus darem: fætum recens labore partum sine tutelari nomine proderem: vel ipsam nauiculæ huius proram, Heroico numine

desti-

destitutam, Boreali fremitui committerem. Vestri itaq; nominis Augusti, o Heroes inclytissimi, Splendorem præferre operi libuit, vobisq; hoc quantulum opus sacrare. Suasit fulgor pervetustus Familiæ vestræ, propensissima in literatos significatio fauoris. Claritudo Senatoria dudū in vestra Argo cum summa dignitate & vtilitate Regni Poloniæ coruscans, suis per quam iucunda, exterisq; affatim admiranda. Plena sunt volumina scriptorū, pleni annales vestræ amplitudinis celsissimæ. Cuius seriem vastissimam hic volens prætereo, opere meo histo

rico, quod nunc sedulus continuo, fusissimé perstricturus. Nunc ad vos Mæcenates mihi delectos meam dirigo dictionem. Te Castellenum Posnanien. primum alloquar Magnum Heroa, magno satum parente pientissimæ memoriæ Illustriss. D. Marschalco Regni, & maioris Poloniæ Generali Præfecto viro meritis, authoritate, prudentia, Heroicisq; omnibus xenijs dignissimo: vt prætercam germanũ tuum Episcopum Posnanien. Præsulem dignissimum. Tu patriam sic redamas, vt nihil antiquius ducas illius ornamento iuxta & augmento pa-

catißimo. Te virtutibus Senatorijs Martioq; Spiritu, consilioq; rerum in Toga & Sago gerendarum eminentißime pollere quis non videt? suffecerit vel illud ex multis documentũ victrix Lernææ Hydræ Tenario agnomine tumescentis, susdeq; bacillac bachantis, solotenus protritæ. Fortes creantur fortibus. *Vos quoq; illius patrueles Ioannem & Petrum inclytißimos filios olim Magnanimi Senatoris Castellani Rogozinen. Familiæ vestræ æterna elogia, admiranda decora Regni, Regisq; desideria optatißima. Te quidem Ioannes,*

qui Palladis doctissimæ archiuij quæstor locupletissimus, dogmaticis dotibus in Sarmatico orbe facile primus: quid mirum cum in Vrbe Stagiritæam Palæstram princeps tuo genio superasti: vt taceam omnes alias virtutes tibi penitissime inditas. Te peræque Petrum, virtutum Amalthæa auctissimum, Mars magnanimus, in ipso robore ætatis, seu potius innatum bene merendi de Repub. Studium duxit te in Moschouiam, Rege Regniq; ordinibus id à te flagitantibus, vbi Commissarium sopiendis anfractibus bellicis, egisti, cum tot cohortibus tua

propria ſtipe conductis, atq; ſexcentis periculis, Herculeisq; laborib⁹ ibidem exantlatis. Floret virtutis veſtræ gloria, florebitq; ſemper, magnanimi Heroes, nuſquam vlla Sæcula veſtras laudes reticebunt. Has quidquid hodie eſt eruditorum, nepotes mecum deferent. Ego ſanè vobis hoc libello, veluti longo plauſu gratulor, cuius ſonus in omnem ætatem durabit. Salvere vos faciunt Muſæ meæ.

Veſtr. Illuſtr. Magnific.

deditiſs.

Gregorius Czaradzki, I C.

FORIDICA NOVELLA,

SEV

Constitutiones & Statuta omnia praxi iudiciariæ tantúm deseruientia, ab Anno 1550. vsq; ad Annum 1618. compendiose concinnata.

CONSTITVTIONES Anni 1550.

SIGISMVNDVS AVGVSTVS Sanctæ memoriæ REX Poloniæ &ç. morte subsequuta parentis sui, dū iam

1560.
(1.) Causæ Terrestres. (2.) Homicidij pœna.

ante vigesimum annum diademate Regni Poloniæ redimitus fuisset. Nunc celebrato conuentu PETRICOVIÆ, iuramento & promissis suis Regno datis satisfaciendo: omnia iura, Statuta, donationes, libertates, immunitates, consuetudines, literas, & priuilegia vniuersa, tam Regni Poloniæ, quàm Dominiorum illi annexorum, Spiritualia & Politica, Priuilegio suo ibidem concesso, temporibus perpetuis, confirmauit.

Deinde eis in Comitiis talismodi leges Sancitæ. videlicet:

1. Causæ & actiones Terrestre Iudicium concernentes, actis Terrestribus inscribantur.

2. Homicida iure conuictus sessionem turris anno & sex septimanis subeat: salua tamen præscriptione

1550.
(1.) Expectativae, solidae, jura patronatus. (2.) Plebeji. (3.) Sponsio fidei. (4.) Nobiles a civibus quomodo captivandi. (5.) Salviconductus. (6.) Cives bona Terria possidentes.

capitis occiſi; (non veró turris, quæ pæna quia publica eſt, præſcribi nequit) iuxta ſtatutum de quo vide Conſtit. 1 5 8 8. fol. 31.

Expectatiuæ, ſolida, iura patronatus, nullitatis vitio ſubiaceant. ſaluis aduitalitatibus iuri non contrarijs. Herb. fol. 167. Tit. Exp. 1.

Plebey á præeminentijs Eccleſiarum Cathedral. arceantur. ſic Herb. fol: 1 8 4. Tit. Plebei. 2.

Nobilis poſſeſſionatus ſponſione â nemine ſtringi debet, tantum iuxta præſcriptum Statuti anni 1 5 4 0. & nemo iudicetur niſi iure victus. Herbort. fol. 1 6 7. Tit. ſponſio. 3.

Ciues in captiuandis nobilibus iuxta Statutum Torunen. procedant. Herb. fol. 2 9 1. Tit. viol. 4.

Literæ ſalui conductus iuri contrariæ, non dentur, aliâs irritæ ſunto. ita Conſtit. 1 5 8 8. fol. 25. 5.

Ciues bona terreſtria poſſidentes, eo nomine citati, iuxta præſcriptum iuris iudicabuntur quo- 6.

1550.
(1.) Citatio calumniatrix. (2.) Nobiles domos in Civitatibus habentes. (3.) Salaria Cancellariae. (4.) Incompatibilia. (5.) Inscribens personaliter coram Actis sit constitutus.

rum possessio eis præcisa, Statuto Anno 1496. Herbort. fol. 46. Tit. Ciuis.

1. Citaciones calumniatrices in eo iudicio vbi promulgantur, cognosci & iudicari debent, salua appellatione. Herb. fol. 30 tit: calumnia.

2. Nobiles possunt habere domos in Ciuitate, modo iurisdictionem agnoscant, & onera soluant. Herb. fol. 168. Tit. Nobilis.

3. Salaria iuxta Statutum Sigismundi I. in Cancellarijs recipiãtur. Herb. fol. 226. Tit. Salaria.

4. Iudices & Notarij Terrestres officia Castren. non exerceant. simile Statut. 1454. Herb. fol. 169. Spiritualis persona Notarium Terrestrem agere nequit. Iudex Castren. & vicecapitaneus sit possessionatus. Notarius, vel vicenotarius, in eo iudicio, cui assidet, causas non procuret, Herb. fol. 170. Tit. Notarius.

5. Officium ad neminem descendet

prosu-

(1.) Evocatio. (2.) Electio judicij Terris. (3.) Senator. (4.) Commissariorum limites. (5.) Castra. (6.) Modij. (7.) Fraternitates.

pro suscipiendis inscriptionibus, aut quibusuis recognitionibus â nemineq; suscipiet, nisi sit constitutus personaliter coram actis sanus mente. Rex vero suum secretarium potest mittere, ad suscipiendas inscriptiones.

Nemo alterum euocet ad alienum forum, sub pæna 14. marcarum Herb. fol. 92. Tit. euocatio. 1.

Electio Iudicij Terrestris Nobilitati libera reseruatur. Herb. fol. 126. Tit. Iudex. 2.

In Senatu nemo, nisi equestris ordinis. 3.

Commissariorum limites inter bona Regalia, & nobilium, firmi. Const. 1588 fol 27. 4.

Castra nonnisi Nobilibus concredantur. Herb. Tit. priuilegium. 5.

Modij iusti in prætorijs asseruentur, & ad metiendum cuiuis dentur. Herb fol. 160. Tit. modij. 6.

Fraternitates iuxta Statuta priora abrogatæ, præter ordinem, & 7.

obsequia Ecclesiarum. Herb. 179 Tit. fraternitas.

1. Abbates & præpositi ex Nobilibus sint. Herb. fol. 2. & 3. Tit. Abbas.

STATVTA
Conuentus Warssawien. Anno 1557.

2. INstigator ad instantiam sui neminem post Curiam citabit, nisi in causis Regijs & Fisci. Sublationis

3. Bannitationis prorogationem impetrans, ad iudicium Castren. partem vocet, & doceat se nihil omisisse, quominus de malè obtento ageret, id nisi fecerit, prorogatio nulla. Herb. 24. Const. 1588.

4. Iudex in sua causa Nobilem subdeleget, succamerarius vero nonnisi mediante Regia surrogatione, alium in sua causa subdelegabit. Herb, fol 227. Tit: Iudex.

1557. (1.) Iuramentum. (2.) Motio. (3.) Scrutinium. (4.) Nobilis ementiti caput. (5.) Occidens ex pixide. (6.) Pixidem pulvere instructam in Civitate deferens.

Iuramenta ad diſtrictus proprios remitti debent, niſi pars iuratura ibidem iurare malit. 1. p. 10. §. Przysięga.

Motioni nullatenus deferatur ab acceſſorio, niſi importet lucrum, aut amiſſionē cauſæ. Conſt. 1588. fol. 57. 2. ibid. §. Abytym.

Scrutinium pro occiſo capite expediatur; quomodo vide. Conſt. 1588. 3. ibid. §. Scrutinium.

Nobilis ementiti caput occiſum non ſoluetur, modo id ex ſcrutinio pateat. intellige dum pro capite illius tanquam Nobilis agatur. agens pro tali capite luet pænā 120. Marc. & ſeſſionem turris anno & ſex ſeptimanis ſubibit. ſimiliter pro vulneribus. reaſſumpta. Conſtit. 1589. fol. 18. 4. ibid. §. Szlachty.

Ex pixide aliquem occidens, duplicem pænam ſubeat. vide ad hoc Conſtit. 1588. 5. ibid. §. Ktoby.

Nemo in Ciuitate pixidem puluere inſtructam deferat, ſub pæna 14. marc. clarius elucet. Conſtit. 1581. fol. 213. ſeuerius ampliata Conſt. 1611. fol. 9. 6. ibid.

1562. & 63.
(1.) Obstacula in fluvijs navigabilibg. (2.) Cygani. (3.) Statutum Casimiri 1454. (4.) Statutum Wladislai de Anno 1440.

p. 11. §. 13 do. 1. Obstaeula in fluuiis nauigabilibus tollantur, sub pæna 1 0 0. marcarum. ad id Const. 1 5 6 2. & 1 5 6 3. & 1 5 6 5. 1567. V. pag. 13. 22. 31.

Ibid. §. Cygani. 2. Cygani seu homines non necessarij é Regno proscribuntur. Sic. Constit. 1565. & 1578.

CONSTITVTIONES
Conuentus Petricouien. incæpti Anno 1562. finiti 1563.
SIGISMVND. AVGVST. Rege Poloniæ.

p. 14. §. O Statucie Krola Kazimierzowym. 3. STAtutum Cazimiri Regis 1454. sic censendum quod super terras & Castra Principalia, siquis pecuniam dederit, eam perdet.

p. 16. §. O Statucie Krola Wladislawowym. 4. Statutum Wladislai Regis Anno 1440. de quo Herb. fol. 49. Tit. bona Reg. de non obligandis bonis magnæ Procurationis sic declaratū: quicunq; pecuniam dederunt super aliquibus eis bonis, ante Statutum

Alex-

1562. & 63.
(1.) Statutum Alexandri. (2.) Aduitalitatem in bonis Regalibus habens, & perpetuam eorum resignationem obtinens. (3.) Bona regalia pro haereditarijs vendens, aut obligans.

Alexandri, non eas perdent. exceptis Castris principalibus, quorum bonorum aduitalitates sunt exemptibiles.

Statutum Alexandri quo omnia Feuda, donationes, fundationes posterius datæ, cassantur. fuit latũ anno 1504. Herb fol. 52 Tit. bona Reg. 1. p. 16. §. O Statucie Krolá Alexandrowym.

Aduitalitatem in bonis Regalibus habens, si perpetuam eorum resignationẽ obtinuit, quæ sublata est prædicti Statuti exequutione, tantúm aduitalicium valet. 2. p. 17. O dożywociách.

Bona Regalia, si quis contra leges impetrauit, & tandem pro hæreditarijs alteri vendidit, alienauit, commutauit, vel obligauit, Rex possesionem suam â possessore recuperabit, bonaq; sua ab illo ex præscripto Constitutionum vindicabit. ille veró suum euictorem, post curiam, termino peremptorie conueniat, vbi conuentus respondere, & non recedendo satisfacere, atq; emptorem suum omnino indemnem reddere, 3. p. 18. §. O zástępcy.

1562. & 63. (1.) Commutationes bonorum Regalium. (2.) Aduitalitates in antiquis Summis. (3.) Aduitalitates fratribus pluribus, item marito cum uxore concessae.

& summam pro bonis acceptam eidem restituere tenebitur. Rex verò in bonorum illorum possesione possessorem ferat, donec ei ab euictore satisfiat. nec prohibetur victus vlterius cum suo euictore, si quem habet, eadem formula processus agere. vbi autem summa specificata non fuerit, sed donationis titulo bona inscripta sint, possessor iuret, quanti illa bona acquisiuit, vel quantam pecuniam numerauit. de commutationibus idem censendum.

1. Commutationes quæ essent cum damno Reipub. retractatæ. Aduita-
2. litates in antiquis summis, ratæ.
3. Aduitalitas fratribus pluribus concessa, eaq; pro suo interesse quiuis illorum vtifruens, siue etiam diuisim, mortuo vno, alij non in aduitalitatem, sed tantúm iam in summam succedunt. ita vt illa portio mortui sit in exemptione.

Aduitalitatis marito cum vxore

concef-

1562. & 63.
(1.) Quarta. (2.) Cancellaria Regia. (3.) Lustratio. (4.) & (6.) Incompatibilia. (5.) Dignitarij & Officialistæ. (7.) Priuilegiorum antiquorum forum.

concessæ, mortuo altero, superstes possessor esto.

Quarta de bonis mēsæ Regiæ pro defensione Reipub. concessa: & ibidem ordo distribuendæ constitutus. 1. p. 20. §. O rozwoleniu.

Cancellaria Regia post Statut. Alexandri, literas super donationes, obligationes, venditiones, feuda, non extradet, sub amissione officij, ad instigationem nunciorum Terrestrium. 2. ibid.

Lustratio bonorum Regalium intra quinquennium quodlibet expediatur. 3. ibid. & p. 22. §. O lustracyey.

Castellanus arcis Cracouien. Burgrabius esse non potest. Capitaneatus iuridicos duos nemo teneat. 4. p. 23. §. de Incompatibilibus.

Dignitarij & officialistæ debent esse possessionati, nec mentali possessione gaudere. Const. 1563 fol. 20. 5. ibid. §. O osiadłości.

Nec Palatinus, nec Castellanus potest esse Capitaneus. in illo Palatinatu. excepto Palatinatu & Castellanatu Cracouien. 6. ibid.

Priuilegiorum antiquorum su- 7. ibid. §. O Sądzeniu starych listow.

per

per bonis Regalibus datorum, cognitio, sit in couuentu generali.

1. Bona Nobilium pro aliquo excessu confiscata, Nobilibus alijs conferantur.

2. Nomine fisci post Curiam nemo citetur, nisi satisfaciat de tenuta Bonorum Regalium. Const. 1557.

3. Capitaneus scopulos inter bona Regali, & Nobilium, disycıens, eosdem erigat, Const. 1567. fol. 75.

Capitanei iudicent iuxta præscriptum statuti. Herb. 62.

4. Palatini cũ Capitaneis in precijs rerum imponendis, officio suo satisfaciant, sub pænis in Statutis descriptis. Herb. fol. 177. Sig. 1. anno 1510. & Const. 1581. & 1607. & 1579. & 1565.

5. Exteri mercatores impossessionati ciuitatibus & mercimonijs arceantur. Const. 1565.. fol. 52.

6. Iudæi neq; Theloneis, neq; vllis officijs præsint. Herb. fol. 233. &

Const.

Cum bonis jure caduco, donato, inscripto, vel quocunq alio ad S. R. Mtem devolutis, Rex pro placito suo disponet, et cui volet, dabit; non tamen nisi Nobilibq.

a. 26. §. Do
prá na Kro-
lá J. M. przy-
padáiące.

Lustratio Nobilium in omnib. Palatinatib. pro vel in die S. Adalberti Ao. 1564. fiat; ibidemq Palatini, Capellani et alij Dignitarij omnes se quoq sistere et presentare tenebuntur sub poe-nâ in Statuto expressa de expeditione grali. Palatini autem locum lustrationis in principalioribus civitatib. significare et publicare debent sub eadem poenâ. p. 29. §. O Okázowániu.

Conſt. 1588. fol. 72. & Conſt. 1565. fol. 53. & Conſt. 1593. fol 15

1. Cum vagabundis & ocioſis iuxta ſtatutum procedatur. Albert. 1496. & Conſt. 1588. fol. 72. Conſt. 1593. fol. 15.

2. Ratione obſtaculorum, declaratio legum, citra appellationem ſumatur. ſupra Conſt. 1557. fol. 7. & locis citat.

Ordinatio nouorum Iudiciorum ibidem pro vna vice laudata fuit, figura & typus moderni iudicij Tribunalicij quod approbatur Conſt. 1564.

CONSTITVTIONES

Conuentus Warſſowien. 1563. & Anno 1564.

SIGISMVND. AVGVST. REGE.

3. STatuta Cazmiri de caſtris principalioribus non obligandis. Wladiſlai ex parte bonorũ magnæ Procurati-

(1.) Revisores. (2.) Bona nullo iure recepta. (3.) Commutationes. (4.) Thelonea. (5.) Incompatibilia. (6.) Dignitarij impossessionati.
1563. & 64.

p. 39. §. Alexandrowym. curationis non alienandorum. Alexandri ratione donationum, feudorum, obligationum, aduitalitatum, commutationum, & fundationum, in præterito Conuentu declarata, nunc in pleno robore sunt conseruata & confirmata.

ibid. §. Rewizorowie. 1. Reuisores specificè assignati, ad lustranda bona Regalia, illis exceptis, quæ sunt summis antiquis onerata. facit ad hoc Constit. 1566. fol. 70.

p. 41. §. Przywileie stáre. 2. Bona nullo iure recepta restitui

ibid. §. Frymarki. 3. debent. Commutationes â reuisoribus lustrentur.

p. 42. §. Cła. 4. Thelonea post mortem Iagiellonis irrogata cassantur, exceptis iis, quæ á reuisoribus necessaria affirmarentur. Ab eis tamen Nobiles liberi. Constit. 1550. fol. 2.

ibid. §. Inne rzeczy. 5. Alia, ex parte incompatibilium in præterito Conuentu conclusa, in robore reseruantur.

ibid. §. Osiadłość Dignitarzow. 6. Dignitarius impossessionatus, citatus á quopiam totiens quotiens,

ad

ad quodcunq; forum districtus, seu Terræ illius, in qua dignitas ei est collata, in primo termino peremptorio 200. marcas luet, non recedendo á iudicio, dignitatiq; in instanti cedet, sine omni appellatione.

1. Capitaneus non Iudicialis, si pro aliqua re in officio Castren. pro articulis Castren. condemnetur: contra illum procedatur in perlucris, prout Iudicium terreste procedere solet.

2. Literæ occultæ exequutioni subiaceant. Cassata Const. 1569. fol. 107.

3. Obstacula in fluuiis nauigabilibus amoueantur, sub pœna 200. marcarum, sine appellatione. Constit. 1565.

4. Warta & Notes, vt ibi sit liber transitus nauigantium, cum Marchionibus & Ducibus Pomeraniæ tractetur. reassumpta Constit. 1589. & nuncij nominati. & 1589.

fol.

fol. 27. & 1611. fol. 32. & 1613. fol. 8. & 1616. fol. 9.

1. Aduocatiæ, ſculteciæ, mineræ, molendina in ſuo robore cōſeruata, ſiquidem talia ſunt in exemptione, vbi aduitalitas non intercedit.

2. Vnio Lithuanica cum Regno Poloniæ ibidem.

Noua Iudicia anno 1563. laudata, decreto moderni conuentus confirmantur, cum certis clauſulis.

3. Priuilegia, incorporati cum Regno, Ducatus Oſuiecimen, & Zatorien. Vbi eorum iura approbata. Iudiciorum. cæterarumq; importantiarum communiū modus præſcriptus.

CONSTITVTIO
Conuentus Petricouien. anno 1565.

4. DIgnitarij & officialiſtæ, reſpectu negligentiarum, ut ſeſe iuſtifi-

cent,

Lustrationi Nobilium assignantur certi loci, et festum S. Matthaei Apostoli proximè venturum. Huic quilibet aequè ut expeditioni bellicae generali interesse tenetur. Injuria omnis et damnum tam in loco, quam itinere ad et â lustratione exulare debet; contraveniens ad Capitaneum citatusq, sine ullâ dilatione in primo tanquam peremptorio termino damnum solvet juxta ~~[illegible]~~ partis laesae aestimationem, medio juramento; neq. a. poterit etiam juramento evadere, quod neq per se, neq per servum suum tale quodpiam fecerit.

(1.) Incompatibilia. (2.) Senatores. (3.) Hospitiorum distributio. (4.) Terminorum Terrestrium assignatio. (5.) Statutum Alexandri.

1565.

cent, ad instantiam cuiuscunq; in Conuentu.

Marschalcus & Thesaurarius Regni, alias dignitates circa officium suum non prensent. 1. p. 84. §. Ospod. hości Urzędowo.

Senatores spirituales & sæculares conuentibus particularibus intersint. Capitanei seu tenutarij locorũ vbi Iudicia, aut conuentus celebrantur, habita ratione dignitatis personarum, hospitia distribuant. reassumpta constit. 1598 fol 40. 2. Ibid. §. Seymiki powiatowe. 3. p. 85. §. Rada kaźnie gospod.

Iudiciorum seu terminorum terrestrium, in varijs palatinatibus iuxta locũ & tempus assignatio. quam vide ibi ead. Constit. Fol. 85. 4. p. 85. seqq.

Iuxta Statutum Alexandri pronunc declaratum, ne resignationes, aut feuda perpetua in bonis Regalibus vnquam concedantur. Quodsi ventum foret ad obligationes bonorum Regalium, propter grauem necessitatem Reipub. id debet esse in conuentu generali, cum consensu ordinum Regni, ad extenuationem, 5. p. 89. §. Statut Alexandrow.

idq;

1565. (1.) Burgrabij Cracovien. (2.) Advitalitates in antiquis summis. (3.) Donationes Regi factae. (4.) Emporia.

idq; in quanta ſumma cum declaratione. exceptis caſtris principalibus, & bonis magnæ Procurationis, & Terræ Sendomirien. Herb. fol. 50. tit. bona.

1. Burgrabij Cracouien. in arce aſſidui ſint, ita tamen vt ſingulis quartualibus anni tribus ſeptimanis, vel integro in anno, duodecim ſeptimanis, eis abeſſe cum ſcitu Capitanei, liceat, nobili alio in locum ſuum ſubſtituto.

2. Aduitalitates in antiquis ſummis, cum extenuatione eſſe debent. ita Conſtit. 1566. fol. 70. & 1588, fol. 42.

3. Donationes Regi factas, liberum erit recipere, eaſq; in Conuentu Regni vendicare.

4. Emporia non niſi mercatores aſficiant, Capitanei ea defendant, & manu teneant, iuxta priuilegia Ciuitatum. ad hæc emporia, omnes mercatores, vijs ſolitis, & circūſcriptis eant.

(1.) Mercatorum extraneorum forum. (2.) Pondera et Mensurae. (3.) Precia rerum.
1565.

In nundinis, & Ciuitatibus, quæ emporia habēt, de extraneis mercatoribus, ius dicat Capitaneus. 1. ibid.

Pondus per totum Regnum tale sit, vt 32. vnciæ libram, triginta duæ libræ lapidem, quinq; lapides Centanarium constituant. vlna sit vna Cracouiensis. per totum Regnum. Modius in quolibet Palatinatu: in Terris veró Prussiæ & Masouiæ, in quolibet districtu, vnus sit & æqualis. Quarta instar Cracouien. sit vbiq; vna: quatuor ollam, vigintiquatuor ollæ Barilam, Septuaginta veró duæ ollæ, vas cereuisiæ constituant. Mensuræ & pondera eiusmodi per Palatinum consignentur, & Capitaneis reddantur, in prætorijs ciuitatum asseruanda. ad id Constit. 1588. fol. 71. & 1578. fol. 192. 2. p. 94. §. Vstawa Wagi.

Palatinus ad minus bis in anno, cum Capitaneo, vel vicecapitaneo, Consulibus, Scabinis, & Senioribus artificum, precia rebus, tam domesticis, (excepto frumento) quám 3. p. 96. §. Powinnowactwo Wojewodza.

exter-

1565.
Precia rerum.

externis imponat, idque in Prætorio Ciuitatis primariæ, ſui Palatinatus, Conſtitutiones eiuſmodi publicentur: tranſgreſſor earum ad proconſulem citetur peremptorié, & pæna 14. Marcarum puniatur, cuius medietas Palatino, alia parti inſtiganti cedet, negans per iuramentum euadat: Negligens Proconſul per palatinale officium, ad prætorium peremptorié vocatus, quotieſcunque negligentiæ conuictus fuerit, toties pænam 100. Marcarum luat, cuius duæ partes Regi, tertia Palatino cedat, ſalua tamen appellatione. Rem hoc nomine iudicatam exequatur Capitaneus, ſub pæna 100. Marcarum. Proconſules Nobilium, coram Dominis cōueniantur, & negligētiæ rei, 14. Marcarum pæna mulctentur, inter Dominum & actorem per medium diuidenda. Palatinus negligens itidem pæna centum marcarum puniatur; Nobiles veró ex ſuis proconſulibus iuſtici-

1565.
(1.) Mercatores extranei. (2.) Christiany Iudaeo servi,, ens. (3.) Iudaei.

am denegantes ad Iudicium Terreſtre citati, pæna 14. marcarum puniantur, cuius medietas Iudicio, alia actori debetur: ſalua appellatione. ſic Conſtit. 1562. fol. 16. & 1578. fol. 192. & 1581. fol. 217. & 1565. fol. 51. & 1607. fol. 22. & 1613. fol. 28.

1. Mercatores extranei non aliter in Regno mercentur, niſi ſint poſſeſſionati, & ius Ciuile habeant. Quod vt fiat, Capitanei & Magiſtratus Ciuiles videant: poſſeſſionati veró aduenæ mercatores iurati ſint, onera ferant, & bona in Regno parta non efferant, ſub pæna confiſcationis. idem Conſt. 1562. fol. 16. V. C. 1590. pag. 589.

Iudicium de pactis Iudaicis, Ciuitatum ſaluis pactis, difertur ad conuentum proximé futurum.

2. Chriſtianus Iudæo ne ſeruiat ſub pæna Turris, Iudæus veró ſeruum Chriſtianum tenens, pæna centum marcarum puniatur.

3. Iudæis Palatini prohibeant, ne

Thelo-

(1.) Obstacula in fluminibg. 1565. (2.) Telonea, pontalia, aggeralia, etc. (3.) Tutores. (4.) Citatio calumniatrix, & poena talionis.

Thelonea, & alia id genus teneant, sub pæna 100. Marcarum. Philisthæi seu Cingani, & homines nullius frugié Regno proscribantur, nec amplius suscipiantur. Constit. 1557. fol. 7. & 1578. fol. 189.

1. Obstacula é fluminibus omninó tollantur, sub pæna centum Marcarum, vltra priores pænas, officio Castren. peremptorié exigenda.

2. Theloneorum, Pontalium, aggeralium &ç. cognitio ad sequentem conuentũ prorogata. Deinde anno 1566. recessus vsq; ad 1567. ab eo ad 1578. in quo demum conuentu fol. 189. decisio facta: postea moderata Anno 1588. fol. 6. & 1590.

3. Tutores non tantúm de censibus, & iumentis, verùm de omnibus bonis mobilibus, & prouentibus, rationem etiam coram iudicio Terrestri faciant. ad id Const. 1588. Sigis. Crac. 1543.

4. Citans aliquem in causa criminali, ita sit paratus, vt in eo nihil desi-

(1.) Poena talionis. 1565. (2.) Notarij Castren.

deretur; itidem & citatus. Scrutinia quoq; in Colloquijs peragantur, vbi tam dignitarij & officiales, quàm aliæ nobiles personæ, sub conscientia testimonium deponant, in defectu Colloquiorum, si citatio ad Scrutinium intercessit, Rex scrutatores det, & tandem vel conuictionem, vel euasionem decernat. Quod si cognitum sit, actorem calumniosé reum in ius vocauisse, illico pænam 1.
centum marcarum, & litis expensas per euocatum liquidandas, numeret, à iudicio non receden. & sessione turris, per duodecim septimanas, in suo districtu puniatur. Huic tamen legi, non subiacent, causæ ex iure antiquo, coram iudicijs Castren. & Terrestribus institutæ, etiamsi Criminales sint. quadrat Const. 1578. fol. 186. Aucta est poena C. 1588. f. 465.

In maiori Polonia, Notarij Ca- 2. p. 102. §. Przy pisarzow.
strenses sint iurati, & possessionati. In Palatinatibus tamē Posnaniensi, Calissiensi, Brestensi. Iuniwladislawiensi,

(1.) Depactatio. (2.) Evocatio. (3.) Processus Iudiciarii in Mazoviâ abbreviatio. 1565.

iensi, iurati duntaxat esse debent, etiam si non fuerint possessionati.

p. 102. §. Wzdawkia. 1. In maiori Polonia Capitanei & officium illorum, non plus extorqueant â resignatione, quám 5. grossos: sub pænâ centum Marcarum.

ibid. §. Sądy Grodzkie Mazowieckie. 2. Ad iudicia Castren. per Masouiam si quis vocetur: in causa illa iudicio non competenti, ibidem pæna 14. marcarum puniatur: quám si capitaneus non decreuerit, iudicio Terrestri exigatur: nisi quis ad inscriptionem citetur, quas causas Capitanei, citra exceptiones, & excusationes iudicent. si verò Capitanei extra forum quidpiam iudicent, vel obtenta per lucra exequantur, in Damnis iuramento actoris æstiman. condemnentur.

p. 103. §. Vkrocenie postępku. 3. In Masouia processus iudiciarius abbreuiatus est, quæ abbreuiatio hic intermissa est, ideo quod subsequenti tempore Masouiæ Ducatus iuri Regni sese addixit, de quo infra,

(1.) Bona Regalia pro una vice obligata. 1565.

infra, vbi de exceptis Masouiæ, dicitur.

Iudicia Castren. Wassossien, Zēbrouien, & Ostrouen. instituta.

Districtibus Zembrouien. Ostrolecen. Nurenq; Terræ Notarij terrestres sunt assignati, quorum extunc electio libera concessa.

Terræ Rozanen. & Makowen. Succamerarius destinatus.

Fideiussiones subditorum in terra Sochaczouien. abrogatæ.

Acta Terrestria Gostinen. sub tribus clauibus asseruentur. memoriale â decreto, eo in iudicio, 3. grossos per medium Iudici & subiudici diuidendos: Notarius salario suo antiquo sit contentus.

Originalia producta actis tenus in eo iudicio partibus restituantur.

Rex super bona Regalia, communi ordinū consensu, acquirat quingenta millia florenorum, modo bona sua hominibus ex Ducali genere oriundis non obliget, neq; Castra 1. 1.10b.d. Stabycie ...

(1.) Revisio. (2.) Privilegia á Leone et Swidrigelo Ducibus habens. (3.) Adivitalitas in bonis Regalibus. 1566.

Principalia Aduitalitates quoq; super summis eiusmodi non dentur.

p. 108. seqq. Ibidem de emporijs tractatum: super quêis priuilegia á Ciuitatibus producebantur.

Vniuersale Contributionis.

Recessus Conuentus Lublinensis 1566.

p. 124. §. Rewizya 1. REuisionis actus in parte perficitur, in parte verò ad couuentum futurum reijcitur.

p. 125. §. Listy Lwá Swidrygá. 2. Literas super bona sua si quis habet, â Ducibus Leone, Swidrigelo, & alijs, modo se in eorundem bonorũ possessione fuisse probet, perpetuô in jis relinquatur. C. 1588. p. 479.

p. 126. §. Dożywocia. 3. Aduitalitas in bonis Regalibus nemini concedatur, nisi prius aliquid ex summa in illis bonis inscripta remiserit, vel extenuationem susceperit quod ita nunc est declaratum, vt is qui aduitalitatẽ imperrat, quan-

tam

(1.) Sustentatio Capitanei. 1567. (2.) Auctio arendarum Regalium.

tam partem summæ remittat. vt Constit. 1565. fol. 48. & 1588. fol. 42 talium autem bonorum reuisio non sit. Const. 1563. fol. 19.)

Cætera tractabilia ad proximum Conuentũ per recessum sunt dilatá.

CONSTITVTIONES Petricouien. Anno 1567.

EX prouentibus mensæ Regiæ quinta pars eorundem prouentuum, pro sustentacione Capitanei assignatur, quæ tribus partibus Regijs adiungatur. Rex tamen pro dignitate cuiuscunq; tenutarij sustentacionem ipsius constituat, salua & intacta Quarte parte. 1. f. 128. §. Wychowánie Stárostow.

Auctio arendarum Regalium, ita fiat, vt in bonis nudæ aduitalitatis, quinta pars prouentuum per Reuisores connotatorum accedat, vbi vero Tenutarij arendas aduitales habent, soluta arenda residui, quinta pars pro auctione censeatur. Quæ 2. ibid. §. Arendy dożywotne

 omnia

(1.) Quarta. (2.) Dispensatio Quartæ partis. 1567

omnia ad Thesaurum inferantur, sub pæna prioribus Constitucionibus sancita. eam vide Constit. 1562. fol. 12.

p. 129. §. Oddawanie Cwartey Części.

1\. Quartam partem prouentuum, tenutarij omnes bonorum Regalium, in eisdem Commitijs conferant ad manus Thesaurarij, & Commissariorum ad id deputatorum: quod nisi fecerint, Rex in bona illa sese intromittet, & nihilominus Tenutarius ratione Quartæ in Comitiis cōueniatur. Si quis possessionem Regiam non admiserit: in Comitijs contra illum, tanquam iuri communi inobedientem procedatur, in quo Rex (si remissior fuerit.) per nuncios Terrestres admoneatur: Bona tamen exequutioni subiecta: ad Regem integrè redeant: quorum prouentus Rex in defensam Regni conuertet, donec vnio cum Lithwanis perficiatur, saluis aduitalitatibus.

p. 130. §. Wafurek y Bafurek Cwartey Części.

2\. Deliberatio de dispensatione vlteriori quartæ partis, ad proximum

Con-

(1.) Bene meriti. (2.) Telonea, pontalia, aggeralia. (3.) 1567.
(3.) Commutationes bonorum Regalium.

Conuentum reiecta est: ita tamen vt Quarta pars Anni Sexagesimi sexti, iuxta inuentaria reuisorum, in eisdem Comitijs conferatur; residuorum annorum in proximo Conuentu, sub pæna superiús expressa: donec de loco & tempore conferendæ eiusdem Quartæ partis concludatur ordo eius exactionis Constit. 1562. fol. 12. & 1564. fol. 102. asseruandæ eius 1588. fol. 43.

1\. Bene meritis de Repub. dignitates, officia, aduitalitates & aliæ tenutæ bonorum Regalium conferantur. c. 130. §. Merita.

2\. Thelonea, pontalia, aggeralia ad proximum Conuentum reiecta: horum decisio subsequuta Constit. 1578. fol. 189. postea moderata 1588. fol. 6. Ibid. §. Cla.

3\. Commutationes non reuisæ & authoritate Conuentus non approbatæ non valent. vt commutatio bonorum Blizanow & Tykadłow approbata non est. Ibid. §. Frymarki.

(1.) Mercimonia. (2.) Iudaei. 1567. (3.) Cuprum. (4.) Sal transmarinum. (5.) Ciuitates.

1. Mercimonia cuiuscunq; generis libera in Regno.

2. Iudæi pacta quæ cum Ciuitatibus habent non excedant: Thelonea Zuppas, Tabernas &c. non teneant, sub pænis statutorum: iustitiam de ipsis Palatini, vel Domini ministrent, sub pæna ducentarum marcarum, non obstantibus vllis testimonijs, & literis.

3. Cuprum liberé Gedanum demittatur, exolutis Teloneis.

4. Salis transmarini vsus, in defectu salis domestici, á nemine impediatur. Quod si quis etiam prætextu Regij mandati fecerit, pæna confiscationis bonorum, foro Regis exigenda puniatnr: cuius pænæ dimidium Regi, reliquum quartæ parti prouentuum Reipub. debetur. Impossessionatus verò pænam peculatus subeat.

5. Ciues ciuitates suas muniant, rationemq; de prouentibus, coram Capitaneo & Commissarijs ab anno

(1.) Obstacula in fluminibus. 1567. (2.) Decreta. (3.) Revisores per Russiam et Podoliam. (4.) Citatio post Curiam.

1562. faciant, ſub pæna confiſcatio- bonorum. Item Conſt. 1566. & 1567.

Ad rationem ſummæ 50000. cõtributionem Rex accepit, rationem de ea facturus, modo exactores quoque rationem faciant. p. 132. §. Oza. ſáwie dobr.

1. Obſtaculis ſi quis delectatur, oſtia in illis faciat, vt nauigationem non impediant. Quod ſi ex occaſione obſtaculi alicuius, quiſpiam damnũ acceperit, illud dominus obſtaculi, coram officio Caſtren. in primo termino peremptorio, iuxta iuramentum damnum paſſi, citra ullam appellationem reſarciat. Ibid. §. Iázy.

2. Decreta in reuiſione & exequutione lata approbantur. Ibid. §. Dekreta.

3. Ad videnda loca deſerta per Ruſſiam, & Podoliam, Commiſſarij & reuiſores deputantur, qui & damna per hoſtes illata videant: paſſi verò damna liberantur a quarta parte, & alijs regalibus prouentibus. p. 133. §. Kráie Podolskie y Ruskie.

4. Iuxta Conſtit. anni 1562. nemo citetur poſt curiam niſi tenutarius Ibid. §. Fiscus.

prouentus Regiæ menſæ non extradens, & Conſtit. 1557. fol. 15.

1. Limites inter bona Regalia factos, Capitanei obſeruent, ſub pæna 100. marcarum. ſimilis 1588. fol. 27. & 1598. fol. 12. pæna diſycientis 1578. fol. 192. & 1550. fol. 4 & 1562. fol. 15.

2. Annatæ pro defenſa Reipub. in Regno remaneāt. Sic. Conſtit. 1569. fol. 105. & 1575. fol. 153.

3. Statuitio ſubditorum Terræ Podolien. ad pænam pro furto, & repercuſſione ſtratæ. Sublata eſt Conſt. anni 1581. fol. 219.

4. Apud Molendinum Mantew dictũ Capitaneus IuniWladiſlawien. aquam demittat, ſub priuatione officij, & decreto Regio eo nomine lato ſatisfiat, ad feſtum S. Margarithæ Molendinum verò ipſum in poſterũ, in damnum cuiuſpiam, perpetuó ne ædificetur.

5. In Cameris Maſouiæ ſal aduectũ publicetur, & poſt publicationem quatuor ſeptimanis, nemini alteri,

præter

Ratione profugi subditi ex Poloniâ in Prussiam, et contra, forum Castrens. terminus primus peremptori-us; poena centum Marcarum parti et judicio dividend. cum extraditione profugi, sub aliâ poena centum Marcarum; executionem eorum omnium faciat Palatinus sine ullis dilationibus et appellationibus sub poenâ mille Marcarum, pro quibus peremptoriè post Curiam citatus respondere et satisfacere tenetur. Rode Const. 1609. p. 896. §. O poddánych zbiegłych.

p. 135. §. Roki y Wiecá.

1567. (1.) Bona revisa. (2.) Militum exempt. (3.) Confirmatio unionis Lithuanicæ. (4.) Loc. Comitior. (5.) Conventus particul.

præterquam nobilitati in usus domesticos vendatur.

Reuisa bona exæquutioni nō sint obnoxiæ. 1. p. 137. §. Rewi. dowane dobra.

Milites cum Rege ad bellum euntes à judicijs liberi, exceptis ijs, qui ad inscriptionem, vel pro violencijs citantur. haud absimilis Const. 1578. p. 341. 1609 ad quam refertur Const. 1618. fol. 6. 2. Ibid. §. Zołnierze.

Cætera per recessum relicta tractatui proximi Conuentus.

Ibidem Vniuersale contributionis publicæ.

Adhæc priuilegia Terrarum Podlachiæ, Wolhiniæq; Ducatus Kyouiæ. Magni Ducatus Lituaniæ, Regno Poloniæ incorporat. Lublini. Anno 1569.

Sub eadem data Confirmatio vnionis Lithuanicæ. 3. p. 178. seqq.

Locus Conuentus Generalis Warssouia. nisi casus aliquis obstet, extunc vbi commodius esse poterit. 4. p. 179. §. Miejsce Seymom.

Conuetus districtuales, seu particulares antequam celebrentur dua- 5. Ibid. §. A Seymiki

(1.) Senatus Lithvaniæ. 1567. (2.) Ordo Senatorum Regni et Magni Ducatus Lithvaniæ.

bus vel tribus septimanis publicentur.

p. 179. d. Mieyska Panom 1. Senatus Lithuaniæ tam spiritualis, quam secularis in Senatu Regni locū habeat infrascripto ordine.

p. 180. 2.

ORDO SENATORUM Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lituaniæ in Conuentu Lublinen. laudatus, Anno 1569.

ARCHIEPISCO.	Samogitiæ,
Gnesnensis,	Culmensis,
Leopoliensis.	Chelmensis,
EPISCOPI. 15.	Kyouiensis,
Cracouiensis,	Kamenecensis,
Cuiauiensis, aliàs Vladislaviensis	CASTELLAN⁹.
Wilnens. } alter	Cracouiensis
Posnani } nata	PALATINI. 38.
Plocensis,	Cracouiensis,
Warmien. } alter	Posnaniē. } alter-
Luceoriē. } nata	Wilnens. } nata.
Præmisliensis,	Sandomiriensis,

Castel.

F. Wendensis. Const. 1593. p. 647. §. Mieysce w Radzie
Biskupa Wendenskiego. Praeter hos adhuc sunt Epi-
scopi Smolenscien.; Metropolita Kyowien. unita-
rum, et Metropolita non-unitarum. V. C. 1638. p.
29. §. Smolenskie Biskupstwo.

F. Castellanus Trocens.; Palat.nus Lanciciens.

F. Palat.nus Derpatens.; Vendens.; Pernaviens.; Czer-
nicoviens.

Ordo Senatorum Regni 1569. & M.D. Lithvaniæ.

Castell. Wilnen.	Braclauiensis,
Palat. Calissien.	Pomeraniæ,
Trocensis,	Minscensis. ✝
Siradiensis,	CASTELLANI
Capitan. generalis Samogi.	Maiores, 35.
Palatin. Bresten.	Posnaniensis,
Kyouiensis,	Sandorimiensis,
Iuniwladislawiē	Kallissiensis,
Rusiæ,	Woinicensis,
Wolhinensis,	Gnesnensis.
Podoliensis,	Siradiensis,
Smolenscensis,	Lanciciensis,
Lublinensis,	Samogitiæ,
Polocensis,	Brestensis,
Belscensis,	Kijouiensis,
Nouogradiensis,	Iuniwladislauien.
Plocensis	Leopoliensis,
Witepscensis,	Wolhinensis,
Masouiæ.	Kamenecensis,
Podlachiæ,	Smolenscensis,
Rauensis,	Lublinensis,
Brestiensis,	Polotensis,
Culmensis,	Belzensis,
Msciflauiensis,	Nouogradiensis,
Mariæburgensis,	Plocensis,

Witep-

Witepſcenſis,
Cerſcen.
Podlachiæ,
Rauen.
Breſtien.
Culmenſis,
Mſciſlauien.
Elbingen.
Braclauien.
Gedanen.
Minſcenſis,

CASTELLANI
Minores.

Sandecenſis,
Medirecen.
Wiſlicenſis,
Becenſis,
Rogozinenſis,
Radomenſis,
Zauichoſtien.
Landenſis,
Sremenſis,
Zarnowienſis,
Malogoſtien.
Wielunenſis,
Premiſlien.
Halicienſis,
Sanocenſis,
Chelmenſis,
Dobrinen.
Polanecen.
Prementen.
Kriuinen.
Czechouien.
Naclenſis,
Roſperienſis,
Biechouienſis,
Bydgoſtienſis,
Brezinenſis,
Kruſuicien.
Oſuecimenſis,
Camenenſis,
Spicimirien.
Inowlodien.
Cowalienſis,
Santocenſis,
Sochacouien.
Warſzauien.
Goſtinenſis,
Wiſnenſis,

F. His adde Castellanum Derpaten; Venden;
Pernavien; Czernichovien.

Raciazensis,	Marsalcus Regni.
Sieprcensis,	Marsalcus Lituan
Wissogradien.	Canlellari9 Regn
Ripinensis,	Cancellari9 Litu.
Zakrocimen.	Procancel. Regni
Ciechanouien.	Procancell. Litu.
Liuensis,	Thesaurari. Regni
Slonensis,	Thesaurar. Litu.
Lubaczouien.	Marsalc. Cur. Reg.
Conariẽ. Siradiæ.	Marsalcus Curiæ
Conarien. Lanci.	Mag. Ducat. Li
Conariẽ. Cuiauiæ	tuaniæ.

Referendarij item habent facultatem ferendi vota in Senatu. Officialistas Palatinatuum nõnullorũ vide Cõst. 1611. fol. 26. & Cõst. 1613. fol. 20.

p. 180. circa fin.

CONSTITVTIONES

Conuentus Lublinensis. vtriusq; gentis vnitæ Poloniæ & Lithuaniæ, Anno 1569.

SIGISMVND. AVGVST. REGE.

(1.) Loca Comitiorum. 1569. (2.) Conuentus particulares. (3.) Senatores Lithvaniae. (4.) Quarta. (5.) Commissarij pro Quarta.

p. 182. §. Mieysce Seymom.

1. COmitijs Regni celebrandis locus Warssauia, nisi obstet quispiam prægnans casus.

ibid.

2. Conuentus particulares, duabus vel tribus septimanis, ante eorum celebrationem publicentur, & Côst. 1589. fol. 31. & Const. 1590 fol, 28. Herburt, fol. 29. Tit. Comitia.

ibid. §. mieysca Panom.

3. Locus Senatorum Lithuaniæ in Senatu Regni.

p. 183. §. A na Prod.

4. De Quarta parte, saluo per omnia iure & officio Thesaurarij ita finaliter conclusum est. Primum vt omnes prouentus bonorum, ex quibus Quarta concessa est, ad manus Thesaurarij reddantur, qui eos ex arbitrio Regis dispensabit.

ibid. §. deputuiemy.

5. Commissarij siue coadiutores quatuor, duo ex Senatu, duo ex Ordine Equestri Thesaurario addũtur, nô vt sint socij muneris, cum æquali potestate, sed vt duntaxat illum in exigenda, percipienda, & dispensanda Quarta parte adiuuent, idq; propter mortem eius, saluo eius honore

1569.
Quarta.

& officio. Quartam quilibet Tenutarius reddat, ſub amiſſione tenutæ.

Tholoneatores, Zupparij (qui poſſeſſionati & Chriſtiani eſſe debent) ex prouentibus ibidem Quartam reddant, ſub priuatione officij, & nihilominus ex bonis hæreditarijs Quarta exoluatur. Idem de metallis cenſendum eſt. Defuncto Tenutario, Theſaurarius ex Mandato Regio, poſſeſſionem apprehendat, donec bona illa vacantia alicui conferantur, ne Quartæ quid decedat, alioquin de ſuo Theſaurarius refundet, ſub officij priuatione. Annatas ibidẽ quilibet deferat, ſub pæna dupli.

Locus exactionis Quartæ, Caſtrum Rauenſe, tempus penthecoſte.

Quietationes dentur ſub Sigillo Theſaurarij, cum ſubſcriptione Deputatorum, qui conuenire debent, ad locum deſignatum, pro tempore præſcripto, ſub pæna ſalario ſimili.

Regeſtra quilibet habeat ſua, ſubſcripta Collegarum manibus. Liber

f.183. §. Oddawác.
Ibid. §. Celnicy.
f.184. §. po káżdego.
Ibid. §. Annaty.
Ibid. §. mieyſce.
Ibid. §. quitowác.
Ibid. §. na mieyſce.
Ibid. §. regeſtra.

1569.
Quarta.

p. 184. §. księgi

sit vnus, cui quietationes inserātur, cuius exemplar sit penes prouentus, aliud ad Conuentū adferatur.

ibid. §. jesliby.

Si famulus alicuius, Quartam ferens, in itinere moritur, vel illum casus aliquis impediat, ille qui pecuniam misit, facta protestatione in proximo Castrensi officio, bona non amittet, sed ad futurum congressum Deputatorum satisfaciat, & casum illum protestatione, atq; iuramento coram Deputatis probet.

ibid. §. Bakowić. ad seqq.

Nonnisi in defensam atque milites Quarta cedat, cum scitu Regis & Senatorum. ibidemq; modus dispensandi, & asseruandi.

p. 185. §. Niebytność.

Absentia Thesaurarij vel ex Deputatis alicuius si sit ex iusta causa nō impediat perceptionem Quartæ modo nobilem possessionatū & honestum, cum sufficienti mandato, clauibus, & sigillo suo substituat.

ibid. §. a iesliby.

Quodsi vnus ex illis decesserit, reliqui munus obeant: Rege demorte illius certiore facto.

In

1569.
Quarta.

In Conuentu nihil prius agatur quam rationem Thesaurarius cum Deputatis coram Rege, Senatu, & Ordinibus faciant, idq; quietationibus, nonnisi stipendiorum non ine factis. Deputati ab vno Conuentu ad alium constituantur, tandem alij succedant per Regem electi, quibus priores omnia præsente Thesaurario reddant. Si Thesaurarius, vel quispiam ex Deputatis, naturæ ante Conuentum concesserit, superstites rationem perficiant. Si quis Quartam partem non soluerit per Deputatos, & Thesaurarium deferatur. Rex verò possessionem bonorum apprehendet, & nihilominus ille ad Conuentum ex bonis hæreditarijs citabitur.

Si Tenutarius ante terminum sui anni moriatur, hæredes non nisi id quod ex facto calculo prouenerit, soluant, reliquum successor nouus exoluat, Quidquid rerum supra inuentariũ repertum fuerit, suc-

p. 185. f. Liczby.
Ibid. f. Deputaci.
Ibid. f. iesliże by.
Ibid. f. ktoby.
Ibid. f. respekt

(1.) Quarta. (2.) Commutationes bonorum Regalium. 1569.

cessores recipiãt, & debita emoneãt, quod Thesaurarius non impediet.

p. 186. ...by. 1. Sub Interregno Thesaurarius cũ Deputatis hæc omnia cum scitu Senatorum perficiat, sub pæna peculatus, qua pæna puniantur etiam ij, qui Thesaurarium & Deputatos in officiis illorum impedirent. Deputati sint iurati, quod officio satisfacient & sub interregno, non nisi de scitu Senatorum, quartam dispensent. Capitaneus Rauen. iuret, q̃d. etiam sub interregno Deputatos & Thesaurarium in Castrum excipiet, pecuniamq́; publicam propter fures custodiet. Si quando pestis Rauæ grassaretur, alius locus per Regem assignabitur. Salarium Thesaurarij, mille floreni, Deputatis ex Senatu singulis, per trecentos florenos, reliquis singulis ducenti floreni.

2. Commutationes rité suo modo celebratæ, in acta Conuentionis inserantur, quorum vnum exemplum in Cancellaria, aliud apud commis-

sarios

1569. Luſtratores deſignati.

ſarios Quartæ reſeruetur, & ad conuentum referantur. Præterea commutans, in Iudicijs Terreſtribus commutationem publicet. & Miniſterial. ad intromitten. impetret. ſaluis antea celebratis commutationibus.

Huius Conſtitutionis vigore Luſtratores per totum Regnum deſignantur, ita vt vno mortuo, vel ex iuſta cauſa abſente alter ſubſtituatur. ij videant diligenter vt Quartæ parti (niſi forte propter caſus fortuitos) nihil decedat ſed potius quantum fieri poteſt, accedat. Impediantur etiam á nemine, quominus ſub iuramentis ſubditorũ omnia inquirant, iuxta præſcriptum Conſtitut. Reuiſorialis, quæ & Luſtratoribus per omnia ſeruiat.

p. 186. §. Lustratory. et p. 188. §. a jeśliby.

Iidem, bona Regalia Libera & per Reuiſores non conſcripta præſertim ex quibus Quarta debetur connotent. Poſſeſſores tamen eorũ bonorum Quartæ nomine non tur-

ibid. §. Czy Lustratorowie.

Lustratores designati. 1569.

bentur. & si qui citati sunt absoluantur modo iuxta inuentaria Lustratorum pro retentis satisfaciant posteaquam bona remissa fuerint. Si quid ex prouentibus per casus fortuitos decessit ad conuentum referatur. & ibi rationabiliter ex quarta remittatur.

p. 188. §. ktorz Iidem Lustratores bona itidem Regalia libera eorumq; prouentus per Wolchiniam & Podlachiam & Kyouiam reuideant & inuentaria eorum conficiant.

ibid. Quamdiu Lustratio finem non accipiat possessores bonorum Regaliũ iuxta Regestra Quartã inferant.

ibid. §. daiemy. Iidem Lustratores reuideant loca deserta quæ vel hæreditario vel feudali iure distribui debeant per Wolkiniam Kiouiam & Podoliam eaq; omnia connotent & ad conuentum referant.

ibid. §. także. Item bona igni hostili consumpta in eisdem Terris & per Russiam reuideant saluo iure cuiuslibet.

Item

(1.) Lustratores designati. 1569. (2.) Teloneum in Zuppis Russiae.

Item vias publicas conscribant, & in latitutinem decem vlnarum emensurent. 1. [p. 189. §. Cis.]

Telonea, pontalia, aggeralia, post mortē Regis Wladislai instituta, Succamerarij, vexilliferi, & Tribuni in suis districtibus reuideant, & ad Conuentum referant. [ibid. §. takze.]

Reuisores veró dabuntur, ad videnda loca Teloneorum, in Palatinatibus Wolhiniæ, Podlachiæ, & Kiowiæ,& præscribendum modum reparationis viarum. [ibid.]

Teloneum nouum in Zuppis Russiæ constitutum abrogatur, ita vt si quis illud exigere præsumpserit citatus vigore statuti Anni 1538. ad quodcunq; Iudicium, seu officium, illud cum pœna ducentarum marcarum, parti, & Iudicio totidem restituere teneatur. Si verò quis exactorem intercedere audeat, pœna mille marcarum illico puniatur: possessionatus ad loci capitaneum remittatur pro exequutione, contra 2. [ibid. §. Myto w Zupach Ruskich.]

impossessionatum procedatur vt iuris est, citra appellationes.

1. Pro sale Ruthenico, Camera Dibouij instituitur, salua per omnia Camera Bidgostien. Saluis etiam constitutionibus, de vsu salis transmarini, in defectu salis Ruthenici: nec non salua Constit. anni 1567. ita vt Loisius amplius sal transmarinum non coquat, sub pœna centum marcarum, coram quouis officio in termino peremptorio exigenda, toties quotiescunq; id facere præsumpserit.

2. Capitanei & Nobiles Terrarum Russiæ & Podoliæ, homines ad operas in Valachiam non transmittant, sub pæna centum marcarum.

3. Viæ ex Vngaria versus Poloniam insolitæ prohibentur. eæq; per Tenutarios Regios obtrudantur sub pœna centum marcarum in foro Castren. vel Terrestri peremptoriè per quempiam exigenda.

4. Termini Terrestres in Palatinati-

bus

1569.
(1.) Conventus particulares in districtu Raven. (2.) Iudex, ViceCapneus, pondera Podlachiae. (3.) Wieprs. (4.) Statutum Lithu.

bus Posnanien. Calissien. Lancicien. Bresten. Iuniwladislawien. Plocensi, si temporibus in Constitut. expressis per legitimam causam celebrari non poterint, Iudicium Terrestre aliud tempus illis assignet, quod quatuor septimanis ante publicetur, idq; fieri debet toties, quoties per annum Iudicia celebrari debebant. v. C. 1593. p. 645.

Conuentus particularis in Rauensi Palatinatu, debet celebrari Rawæ. termini Terrestres fieri soliti feria secunda post festum S. Bartholomei, ab hinc celebrentur post Michaelis. 1. p. 190. §. Sey. [illegible]

In terra Podlachiæ, Iudex & ViceCapitaneus Castrensis, sint possessionati, & Nobiles: aliâs nulla illis præstetur obedientia & Iudicia illorum irrita, ibidem eadem mensura, & pondera sint vt Warssauiæ. 2. p. 192. §. Vstaviany. ibid. §. W Podlaskiey.

Wieprz fluuius repurgetur, vt sit nauigabilis. 3. p. 193. §. Wieprz

Ad corrigendum statutum Lithuani- 4. p. 194. §. Za [illegible]

(1.) Controversiae ad Acta porrigendae. (2.) Dignitarij et Officiales Lithvaniae. 1569.

uanicum deputati certi commissarij ad extruendas domos Iudiciorum Terrestrium, asseruandorumq; actorum.

Nobilitas Lituaniæ', quæ sese ob defensam dedidit, iure ad libertatẽ prouocet Rex veró decernet.

Contributiones Litwanicæ Anni 1 5 6 5. vsq; ad Annum 1 5 6 8. perficiantur.

1. Controuersiæ intra triduum ad acta porrigantur.

2. Dignitarij & officiales per Lithwaniam sint possessionati & iurati. (p. 195. §. Dignitarie)

Milites per Litwaniam victualia exoluant.

Cæterorum recessio ad proxima Comitia.

Hic Vniuersale contributionis.

CONSTITVTIO
seu recessus Conuentus Warssouiensis Anno 1570.

Vbi

VBI tractatum fuit de effectiua dispensatione Quartæ, tum exequutio contra non exoluentes Quartam. Exactores vt Rauæ rationem perceptæ Quartæ explicent. Lustrationes & reuisiones bonorum Regalium vt exequutioni demandentur. p. 205. & seq.

Captur. Anno 1572.

POst mortem Regis AVGVSTI cautum est ne quis sit cuiquam iniurius, alioquin in eius destructionem omnes consurgere debent: iuxta confœderationem anni 1438. contra hæreticos factam. p. 207. & seq.

Confœderatio generalis Warßouiæ Anno 1573.

ALia confederatione eiusdem interregni cautum est, vt Rex sine dismembratione eligatur: ele- p. 208. seqq.

1573.
(1.) Pax religionis inter dissidentes. (2.) Nobiles extra fines Regni non educendi.

ctus ante omnia iura & libertates iuramento approbet, & specialiter
1. iuret quod inter dissidentes de reli-
gione pacem conseruabit, neq; nobi
2. litatem extra fines Regni etiam solutione quinq; marcarum super hastā educet; ne quis priuatim electiones indicat vel factæ contraueniat; ne quisquam propter religionem quicquam patiatur saluis Magistratibus. Compositio inter status vt finem sortiatur in Conuentu. Iudicia vt fiant, ad inscriptionem citatus respōdeat, Inscriptiones & resignationes valeant: bona liberé redimantur. Euntes ad electionem securi sint.

Anno eodem Sexta Die Aprilis.

p. 210. seqq.

Comitia Regni super electione noui Regis concinata, in ijsque cum primis vt quisq; se pacatè gerat ordin[a]tum, pænæ in contrauenien-

1573. 1574. 1575. (1.) Henricus Rex. (2.) Stephanus Rex. (3.) Constitutio Andreiovensis.

tes ordinationi promulgatæ.

Ibi Vniuersale contributionis publicæ. p. 212. seqq.

Significatoriæ 1. noui Regis Electi Henrici Andegauensis eodem anno die 19 Maij. 1. p. 220.

Significatoriæ aliæ electi eiusdē 20. Maij. p. 221. seqq.

Articuli pactorum conuentorum inter Illustrissimum Senatum & Amplissimos status & ordines in Maio. pag. 224. seqq. vbi & Forma iuramenti Regi electo præscripta. p. 226.

Confirmatio Iurium Regni facta ab Henrico Rege Cracouiæ 22. Aprilis, Anni 1574. in conuentu Coronat. p. 227. seqq.

Literæ significatoriæ de electione Annæ infantis in Reginam Poloniæ, & Serenissi. Stephani Batorei Transyluaniæ principis in Regem Poloniæ 15 Decembris Anno 1575. 2. p. 230. seqq.

Constitutio Andreiouiensis pro defensa Reipub. 28. die mensis Ia- 3. p. 235. seqq.

1576.

nuarij Anno 1576.

p.239. seqq. Confirmatio Electionis Stephani in Regem Poloniæ, Significatoriæ aduent⁹ Regij Cracouiæ die 5. Marcij Anno 1576.

p.247.

p.248. Aſſignatio Coronationis Regiæ Crac. 10. Aprilis 1576.

p.249. et seq. Literæ de præſtito iuramento de data Megyes 8. die menſis Februarij. 1676.

p.251. et seq. Literæ pactorum & Conuentorũ de eadem data.

p.253. seqq. Literæ confirmationis articulorum Henrico Regi oblatorum eiuſdem datæ.

p.258. seq. Literæ confirmationis Generalis. 8. Februarij 1576.

CONSTITVCIO
Coronationis Stephani Regis Cracouiæ, Anno 1576.

p.273. s. A [illegible] INprimis omnia iura & immunitates Regni ex M. D. Lituaniæ,

1576.
Leges Regni fundamentales, Regem stringentes.

in plenissimo robore confirmantur vbi talismodi articuli.

Rex alienata & quocunq; modo abstracta á Regno pro virili recuperabit. Titulo hæredis nõ vtetur. Inter dissidentes religione pacem conseruet. p. 274. §. [illegible] p. 275. §. Cosię. ibid.

Absq; Senatu in negotijs Reipub. personam & dignitatem Regiam, legationes, bella, expeditiones concernen. nihil statuat saluis ijs quæ ad conuentum pertinent. ibid.

Legationes tamen, quæ Rempub. non tangunt, poterit cum Senatoribus Regni tunc residentibus expedire. Expeditionem bellicam absq; comitijs non indicat: Nobilitatem neq; precarió neq; solutione quinq; marcarum super hastam, extra fines Regni ducat, nisi ex laudo communi; Quodsi quando acciderit extunc Nobilitas diutius vltra duas septimanas, in loco expeditioni assignato, non detineatur. ibid. ib. §. O woynie.

Si veró Rex vltra fines Regni eam ibid.

1576. Leges Regni fundamentales, Regem stringentes.

duxerit, quinq; marcas cuilibet Nobili, tam equiti, quám pediti, numeret, pro quibus non vltra vnũ quartuale bellum seruiant.

Tempore belli tormenta puluerem, pixidarios, globos, & custodiam omnem, suo sumptu prouideat. Vota Senatorum conciliet, & ei parti adhæreat, quæ ad Leges & libertates Regni proximè accedit. Senatores sedecim præsentes semper habeat. Comitia nonnisi beiennio indicat, neq; ea diutius, quam sex septimanis celebret, particularibus Conuentibus præmissis. Sigillo annulari in causis Reipub. non vtatur.

Officia & dignitates non minuat, neq; impediat.

Fundatorum hæreditariorũ vsum etiam fodinas minerarum, non impediat. Allegationes iuris externi non admittat, quibus probari debeat: donationes antiquas Feudum esse nisi forte in literis id expressum sit.

quocunq nomine:) de.
jure caduco, donato, infri,
cto, vel alio quocunq modo
et ratione, ad Fiscum Re,
gium juste et legitime de,
voluta bona, aut devol,
venda.

Iudicia vltimæ instantiæ Tribuna- 1. p. 278. §. Sprawiedliwość.
lis Regni conseruet, & si Nobilitati
aliquando placuerit rursus iudicia su-
scipiat. Contributiones extra Co- Ib. §. osobliwie.
mitia non instituat Neq; coniugia Ib. §. A iżna.
absq; Senatu, neq; diuortia absque
iustis causis, quærat.

Bona, caduca & vacantiæ, quocunque 2. p. 280. §. O dobrach iuris caduci y wakanciach.
nomine ad Regem deuolutæ, Nobi-
libus conferantur semper, in princi-
pio Conuentionis, exceptis bonis
Ciuilibus iure caduco deuolutis,
quæ Rex dabit cui velit. Dubietas de 3. Ibid.
iure Regio in Conuentu decidatur.
Reassumpta & declarata Const. 1588.
fol. 438. de eorum dispositione Con-
stit. 1607. fol. 14.

Præscriptio sub interregno non 4. Ib. §. Præscriptio.
currit huc valeat Const. in perpetu-
um sancita 1588. fol. 57. Prorro-
gata Constitut. 1589. fol. 32.

Ministerialium relationes suscipi- 5. p. 291. §. O woznych.
antur sub pæna centum marcarum
parti instiganti succumbenda.

Ministerialis autem aliquid trans- 6. Ibid.

(1.) Teloneatores. 1576 (2.) Feuda Russiae ad Podoliae. (3.) Plebeji. (4.) Sal Russiae.

uersum iuri faciens coram Rege vel Iudicio vltimæ instantiæ peremptoriè respondeat. Vide ad id. Constit. 1578. fol. 190.

p. 291. §. O przysięze na Cłach. 1. Teloneatores á factoribus alia iuramenta non exigant, quám leges Regni volunt, & sufficit vt is, qui cũ frumento defluitat, iuret illud esse proprium non emptum. Qui veró boues agit quod sunt proprio frumẽto saginati. Idem de syluestribus mercibus.

Ibid. §. Feuda w Ziemi Ruskiey. 2. In terris Russiæ & Podoliæ feuda á Statuto Alexandrino exequutioni subiaceant.

p. 292. §. de Ecclesiys cathedralibus Russiae. 3. Statutum de non suscipiẽdtis plebeijs, ad maiores Cathedrales Ecclesias, Terras Russiæ item concernat.

Ibid. §. Seymiki. Conuentus Particulares Terrarum Gostinen. & Sochaczouien. iuxta antiquum morem celebrentur.

p. 293. §. Sol Ruska. 4. Sal quod Zupparius Russiæ fluminibus San & Istula demittit, non alibi quám Bidgostiæ consueto pre-

cio, id est, singulas tunnas vna marca vendat, sub pæna mille marcarum, ex instantia nunciorum Regni, pro reparatione arcis Calissien. exigenda. Zuppurarium Bydgostinsem Regi liceat constituere, qui Sal á Notarijs Zupparij Russiæ, cum iuramento excipiat, de quo Sale tenebitur Zuparius, in Conuentu Sreden. rationem reddere, sub pæna centum marcarum, officio Castren. peremptioné repetendâ. Salaria & pensiones annuæ, ex Sale ad Zuppam Bydgostien. pertinente, nemini dentur. Et si cui datæ sunt, abrogantur: Nihilominus tamen in Dobrzyn & Dybow, Sal iuxta antiquum morem deponatur.

Idem Sal deseruire debet Cuiauiæ. Const. 1601. fol. 43.

In Wolhinia Palatinus & Castellanus, ne sit Capitaneus. Ministerialis quoq; absq; addicione officium suum obeat, excepto homicidio, vulneribus, & inuasione.

(1.) Wolhinia. (2.) Mazovia. (3.) Mazoviae Citationes ad terminos Terrestres et Castrenses. 1576.

Conuent⁹ particularis in Luczko celebrentur.

p. 293. §. O potrzebach.

1. Incolæ Wolhinen. liberi ab omnibus theloneis, á rebus proprijs.

Spirituales beneficiati in Wolhinia dentur ritus Græci.

Vicesgerentia Masouiæ abrogatur, & Palatinus alijs Palatinis Regni adæquatur.

p. 294. §. Mazowsza prawa.

2. Ducatus Masouiæ, iuri Terrestri Regni Poloniæ, sese adscripsit, exceptis certis consuetudinibus, (de quibus infra) ita tamen vt causæ antiquo iure cæptæ, in quibus decreta lata sunt, eodem iure terminentur.

Interregni acta approbantur.

Consuetudines exceptæ Masouiæ

SPecialiter approbantur, quæ in se continent articulos infrascriptos:

p. 297. §. O niestanie pozwanych.

3. Ad terminos Terrestres & Castren-

ſtrenſes, nonniſi tres citationes ſimul ponantur, Adcitationes omnes ſub ſigillo Terreſtri extradantur.

In cauſis criminalibus, in Conuentu primus terminus ſit peremptorius.

Memorialia nonniſi á ſententijs definitiuis, per ſeſquialterum groſſum exigantur, ibidem & ab inſcriptionibus vulnerum & violentiarum obductionibus, & oppignorationibus, ſub pæna 14 marcarum in Iudicio vltimæ inſtantiæ peremptoriè exigenda.

Appellationes liberæ ſint, non motiones, quæ ad Tribunal dirigantur, poſteaquam inſtitutum fuerit.

Notarius Terreſtris & Caſtren. acta ſcribat, aut ad ea Nobilem poſſeſſionatum habeat, reſcripta tamen Capitaneus, vel Vicecapitaneus ſubſcribat: Terreſtria veró Notarij Terreſtres. Inſcriptiones quoq; Caſtrenſes, transferantur, infra vnius anni decurſum: Quodſi iudicia

1576.
(1.) Notarius. (2.) Acta Terria. (3.) Salaria Cancellariae.

Except. Magow.

vacent, in proximis id fiat. Citationes Castren. sigillo Terrestri sub titulo Regio sint.

p. 298. §. O... Zieminskim.

1. Notarius vbiq; habeat iuratum Vicenotarium, vbi Iudicia Castren. sunt, quo delinquēte læsus agat, vel cum ipso Notario, vel cum vicenotario, coram vltima instantia pro damnis & pœnis.

ibid.

2. Acta veró Terrestria in quibus perpetuæ inscriptiones, intromissiones & limites scribuntur, seorsiua sint: obligationum quoque seorsiua, & actionũ, quæ acta Notarius asseruet, sed in ea nihil scribat, nisi quod Iudex Terrestris, & subiudex, aut officium Castrense, subscribat.

ibid.

3. Notarij pro membranis vnius citationis dimidium grossum, â decreto itidem & â simplicibus recognitionibus, â perpetuitatibus grossum vnum, â querelâ cum deputatione officij grossum vnum, â controuersijs, â qualibet interlocutione officij dimidium grossum vnum, â con-

tu-

1576.
(1.) Injuria realis lite pendente commissa. (2.) Testium qualitates. (3.) Injuriosi erga parentes.

Except. Mazov.

tumácia dimidium grossum: pænā veró ratione contumaciæ nullam iudices exigant. Inscriptiones iuxta formulam Statuti scribantur, pro labore quærendi inscriptionem annalem nihil accipiatur, sed quod ante annum factum est, grossus vnus, pro rescriptis papireis grossus vnus, â lectura priuilegiorum, & aliorum nihil soluatur; quodsi fuerint acticanda grossi duo: â literis pergamenis grossi duodecim, quorū Iudex quatuor, subiudex quatuor, Notarius quatuor tollat.

Si actor reum vel reus actorem causa in lite pedente verberet, aut vulneret causam amittat, & pro vulneribus satisfaciat. 1. p. 299. §. Gdzie by Actor.

Testes non sint consanguinei, neque affines, nisi in causa honoris: si veró alter alteri testem â iuramento deterreat, ille cum reliquis iuret, quodsi omnes repellat & in eo conuincatur, causam amittat. 2. p. 300. §. O wiedzieniu swiadkow.

Iniuriosi erga parentes, per Capi- 3. ibid. §. O Dzieciach.

1576. Pecora ad fidejussoriam non dimissa.

Except. Mazov.

neos, turij puniantur, ad placitum parentum. Quodsi patre vel matre secundo nubente, pueri portionem suam repetant & eis quid eiusmodi accidat, puniantur instar aliorum vicinorum.

pag. 300. §. Kto bydło okazał.

Is qui pecora aliena, in domo retinet ad fideiussoriam ea dimittat, damnum fideiussoribus ostendat, qui æstiment, adhibito per partem vno Nobili, aut duobus vel ministeriali, quodsi inter eos de taxa non conueniat, damnum veró fuerit maius decem sexagenis, actor iuramento probet; quodsi eam summam non excedat, fact or ipsius iuret, modo sit Nobilis. Si Damnum fideiussoribus non ostenderit, neq; pecora dimiserit, parti læsæ tres marcas, & iudicio totidem luat, & fideiussor liberatur. si fideiussor negat fideiussoriam, conuincatur ijs, qui præsentes fuerunt.

Ibid.

Si verò Dominus pecoris neget damnum â suo pecore factum, pro-

bet

(1.) Arestatio pecuniæ. 1576 (2.) Præscriptio aresti. (3.) Ministerialis falsò recognoscens.

Except. Masov.

bet hoc damnum passus, aut partem ad iuramentum admittit. Idem censetur de equis & securibus, in syluis receptis.

Ratione non dimissi pecoris ad fideiussoriam, coram Capitaneo agatur, vsq; ad finalem exequutionem, pro damnis verò ad iudicium Terrestre partes remittantur. p. 300. §. Kto bynie ...

1. Pecunia homini possessionato ne arestetur, nisi minorem habeat possessionem, quam conuenitur. p. 301. §. O arestowaniu pieniędzy.

2. Si verò admittitur arrestrũ, continuetur ibidem, quod si per sex septimanas intermittitur, euanescat. ibid.

3. Ministerialis si quid falsò recognoscit, vel perperam negat victus sex testibus deponatur & cauteri setur, recognitio vero illius nihil valeat. Si verò præsentem habet in aliquo actu Camerarium, Succamerarium, & Nobiles qui vnà cum illo visionem expediebant, & recognoscebant, non potest eo nomine conueniri. p. 302. §. O woźnym.

(1.) Ministeriali falsitatem objiciens. (2.) Ministerialis in officio violatus. (3.) [illegible] salarium. (4.) Visio. 1536.

Except. Mazov.

c. 302. §. O woźnym.

1. Quodsi is qui falsitatem Ministeriali obijcit, deficiat in probatione, luat illi decem sexagenas.

Ibid. §. O bíciu woźnego.

2. Ministerialem si quis dum officium suum peragit, vulneret, in duplo pro vulneribus instar Nobilis satisfaciat, etiamsi sit plebeius: & vulnerans 60 marcis per Regem, vel Capitaneum mulctetur. Si verò occidatur, duplicem verigeldum soluat homicida & absq; misericordia, anno & sex septimanis turri includatur. si autem Mimisterialis quid interea, dum officium suum obijt, peccauerit, & ita percussus sit, agat pro sua condicione de vulneribus:

3. neq; salarij plus accipiat, quàm â singulis miliaribus, â positione citationis gr. 1. â protestatione, obductione, iuramento, testibus, intromissione, & reliquis actibus, gr. 1. sub pœna superius expressâ.

Ibid. §. O władzey urzędnikowey na widzenie.

✱. Termiuum visionis siquis negligit, causam perdit, si verò officium ipsum non venerit, decernatur de-

nuo

1576.
(1.) Citatio post visionem. (2.) Simplex negatio. (3.) Iter per bona. (4.) Bona dislimitata.

Except. Mazov.

nuo visio : si verò alter alterum in visione violauerit , officium illud quod est præsens , pænas decernat, & tamen rem ad iudicia deferat, vbi violator sine vlla visionis petitione, respondere tenetur, officiales tamen & Ministeriales â visione vltra tres gr. non exigant.

Post visionem citatio non impugnetur, si tamen citatio cum visione pugnet, admittitur causa, idem fiet, si actor post visionem citationem emendauerit, nisi iuret se non emendâsse. 1. f. 303. §. Po wodzeniu pozwanie ma być kaźdom

Cum citatus pro coarratione, vel simili iniuriâ, siue ante, siue post visionem negat se iniuriam fecisse, euadat: sed fundo actori remanente. 2. Ibid. §. O odpor, wiedzi nieznaiącey po widzeniu.

Quilibet Nobilis tenetur, per bona sua iter admittere vicinis, ad Ecclesiam, ad forum, ad molendinum, ad traiectum, & publicas vias non auertat. 3. f. 304. §. O wydaniu drog.

Bona non distincta semper distinguantur, si verò plus quis possidet, 4. Ibid. §. O porownaniu dobr.

 quam

(1.) Bonorum commutatio. (2.) Inscriptiones bonorum. (3.) Intromissio 1576.

Except. Mazov.

quam debet poſſidere, fundo æquiualenti id compenſet, niſi quis æquiualentiæ renunciet. Si etiam quis minorem, ſed meliorem fundũ cepit, ſtetur pacto inter illos per amicos conſtituto. In cauſa verò diuiſionis, quæ in Iudicio Terreſtri forum habet, appellatio non admittatur, niſi intercedat diſputatio de validitate inſcriptionum, vel qualitate iuris.

p.304. §. O tym że.

1. Bonorum commutationes, vbi inſcriptionibus roborata ſunt, nunquam infringantur.

p.305. §. Zamiana abo darowizna imienia.

2. Inſcriptiones bonorum, extra diſtrictum proprium non fiant alioquin nullæ ſint. Exceptis actis Cãcellariæ Regiæ & Conuentus,

Ibid. §. przedanie wiecznosci imienia.

3. In bona vendita vel inſcripta intromiſſio per miniſterialem accipiatur, & accepta publicetur ſolenniter â qua publicatione præſcriptio incipiat. Eam ſi quis impugnat, coram actis id faciat circa relationem intromiſſionis aut in ſecundis vel

Ib. §. O wwiązaniu.

tertijs

tertijs Iudicijs, deinde citet partem, & cum illa experiatur. Quod si in primis, secundis, vel tertijs terminis non fecerit, intromissio robur acquirit, impugnatio verò euanescit. ijs veró qui intromissiones, ab Anno 1531. non habent præscriptio non prodest, sed possunt redemptione per proximos remoueri, dum tamē mulieres bonis renunciant, fratribus intromissio, necessaria non est.

1. Bona in dote, persucris, vel pænis aliquibus concessa, præscriptione non onerantur. si verò fratres sorori bona aliqua simpliciter in dote determinata concesserint, taxentur bona & iuxta taxam redimantur. Præscriptio veró omnium iniuriarum sit triennalis, criminalium annalis & si infra anuum causa criminalis continuata non fuerit, in ciuilem transit.

2. Si quis alterum in templo, cæmeterio, vel hospitio vulnerat, aut occidit, iudicetur tanquam inuasor

domus,

1. domus, idem fiat, si id in domo cuiuspiam kmetonis, aut oppidani fecerit. Pro inuasione verò etiam hospes cuius domus violata est, si est nobilis agere potest, saluo scrutinio.

2. Inuasor domesticus, honore & bonis priuetur, coram Capitaneo conueniatur, qui inquisitione per Ministerialem facta, ad conuictionem actorem admittat: ex conuicti veró bonis, primum læso satisfiat, reliquum fisco cedat.

3. Inuasor molendini ita puniatur, ac si id fecisset circa operas.

4. Si Nobilis Nobilem circa operas rusticas vulnerauerit, vel occiderit, in duplo: quod si ex pixide fecerit, quadruplo satisfaciat, & Iudicio Terrestri cõueniatur, saluo scrutinio: ex quo si constiterit, vulnera extra operas illata fuisse, actor satisfactionem pro vulneribus amittat. Cum tamen de capite agitur, soluat simplicem verigeldum, ac turrim iuxta statutum sustineat, si non

compa-

De Verigeldo V. Lipski Cent. 1. obs. 79. n. 11 & 12.

(1.) violentia circa operas. 1576. (2.) tyrannica amputatio membri. (3.) parricidium.

Except. Mazov.

comparuerit, vel profugerit, proſcribatur, & tandem per Capitaneum captus capite plectatur: bona vero actori iuxta valorem verigeldi tradantur, ſaluo iure vxoris, ſi quod illi ante factum competebat.

Si plebeius circa operas vulneretur, conuincat cum quinq; teſtibus reũ, conuictus verò decem marcas vulnerato & totidem domino ipſius luat, ſi occiderit in duplo ſoluat. idem cenſetur de inuaſione domeſtica plebei. 1. p. 308. §. O vbiciu.

Si Nobilis Nobili membrum aliquod tyrannice amputauerit, in duplo ſatisfaciat, & dimidio anni turrim ſuſtineat. 2. p. 309. §. O okrutnym vcięciu członka.

Quod ſi id in Kmetone perpetrauerit, iuret ſe id non tyrannicé feciſſe & nihilominus pro vulneribus iuxta præſcriptum iuris ſatisfaciat. Ibid.

Si quis patrem, matrem, fratrem, ſororem, patruum, vxorem, maritum occiderit, conuictus coram Rege vel Capitaneo, atrocius quam alij 3. Ibid. §. O zabiciu Oyca, matki.

homi-

1576. (1.) Proceß contra parricidiam. (2.) Nobilis in taberna violatus.

Except. Mazov.

homicidæ puniatur: & in bona occiſi non ille neq; liberi eius, ſed proximiores ſuccedãt. ſi verò id accidat inter maritum & vxorem, cadit occiſor ab omnibus donationibus, dotibus, alijſq; beneficijs.

p. 309. §. O zabiciu Oyca.

1. Citatio contra talem perẽptoria ſit, & in bonis ipſius quatuor ſeptimanis ante terminum ponatur, & tandem in ſex ſeptimanis actor teſtes inducat; ſi profugerit reus, infamis eſto. ſi verò corã Capitaneo conueniatur & capiatur, capite plectatur.

p. 310. §. O pomocnikach mężobójstwa.

Complices vbi in euaſione iuridica defecerint, actori in triginta, Iudicio in tribus marcis condemnentur, & per 12 ſeptimanas turrim ſuſtineant. Quod ſi & ipſi vulnera inflixerint, per actorem conuincantur, & ſatisfaciant.

Ibid. §. O biciu ślachcica w karczmie.

2. Nobilis ſi in taberna cum ruſticis biberit, ibidemq; ab illis verberatus fuerit, non poteſt agere pro vulneribus, exceptis nobilibus, qui in Ciuitatibus & opidis, propter Iudicia,

(1.) violatio fidejussorum. 1576. (2.) violatio in termino administrationis justitiae. (3.) occasionem vulneri dare. (4.) Verbales contractus. (5.) Inquisitores salis marini.

Except. Mazov.

cia, vel Conuentus versantur, vel ad diuersorium itinerantes descenderint. Si verò Nobilis negat, id in taberna accidisse, rusticus cum quinque testibus iuret.

1. Si quis fideiussores, in rebus rusticis missos, aut iustitiam petentes violauerit, in duplo satisfaciat & nihilominus in pæna 14. marcarum Regi, Iudicio vero in pæna 3. marcarum condemnetur cum amissione causæ. p. 311. §. O zgwałceniu Rękojmiow.

2. Idem si actor reum, aut reus actorem, in termino administrationis iustitiæ designato violat. Ibid.

3. Qui per extinctionem ignis occasionem dederit vulneri, vulneratus verò nesciat, à quo esset læsus extinguens pro vulnere satisfaciat Ibid. §. O tym ktory dawa.

4. Verbales contractus præsertim de bonis hæreditarijs, non habent locum in Iudicio. Ibid. §. O Contraktcie słownym.

5. Inquisitores salis transmarini amplius in Masouia non sint. Capitanei tamen locorum Prussiæ, videant p. 312. §. O Soli zamorskiey.

(1.) Succamerarÿ officium. (2.) causa finium regundorum. (3.) renovatio limitum. 1576.

Except. Madov.

ne sal in Masouiã inducatur. Quod si apud quempiam repertum fuerit, in aquam proijciatur; ille veró 14. marcis Regi mulctetur.

p. 312. §. O Podkomorzym.

1. Sũccamerarius iuxta consuetudinem antiquam, ipse aut eius Camerarius, visionibus aut limitibus intersit, & ea omnia ad Iudicium referat quo præsente, partes controuersias suas faciant, Iudiciũ verò decernat, acta tamen succamerarius non habeat,

Ibid. §. O Zgynieniu granie.

2. In causis finium regundorum, vbi limites nulli sunt sed possessio sola: Iudiciũ Terrestre officiales Terrestres deputet; coram quibus qui illorum potiora iura & signa ostenderit possessionem pacificam probauerit; huius probationi stetur: Si veró neutra partium signa ostenderit citatus ductionem habet quam iuramento comprobet.

p. 313. §. O ponowieniu granic.

3. Si quis vicinum citauerit pro limitibus renouandis & in citatione signa & scopulos specificauerit atq;

se ca

Actio de bonorum divisione. 1576.

Except. Madov.

ſe ea iuramento probaturum obtulerit is primúm adductionem, & probationem teſtium admittatur: quam probationem ſi officium Terreſtre ſuſceperit quamuis pars altera ei cõtradicat, iuramento confirmare debet & ita ſcopuli conſtituantur de quo relatio apud Iudicium Terreſtre fiat & tandem cum parata rota iuramenti, ad bonorum limites remittantur, quæ omnia conſcribantur & ad acta referantur. Si quis priuilegium aliquod aut inſcriptiones, literaſue habuerit, ſuper certa loca, is prior erit in probatione limitum, iuxta illa munimenta, idq; ſi illis per poſteriores limites derogatum non eſt. A limitibus vero ſoluantur Succamerario triginta, Capitaneo totidem, Miniſteriali vero ſex groſſi, vbi vero ex conſenſu partiũ limites conſtituuntur ab vtroq; illorum duntaxat 30 gr. dentur, Miniſteriali tres.

Actiones de bonorum diuiſione

p. 313. §. O roddzielne y pomiarze.

1576. (1.) Dotalicij venditi exemptio. (2.) Uxor marito ad inscriptionem bonorum consentiens. (3.) fideiussoria subditorum

Except. Mazov.

inter fratres aut cohæredes non obstantibus appellationibus terminentur, nisi intercedat quæstio de munimentis vel genealogia. Mensor vero á singulis mansis Culmen. per grossos duos exigat: quodsi in diuersis locis sulcos dimensuret, á singulis sulcis solidum vnum exigat sub pœna 60 marcarum.

p. 314. §. O przedaniu y wykupowaniu wian.

1. Dotalicium si vidua vendiderit, possunt hæredes mariti illa bona solutione duntaxat dotis, absq; dotalicio liberare præscriptione non obstante.

Ib. §. O umnieyszeniu wian.

2. Vxor si marito cōsentiat ad inscriptionem bonorum, dotem in bonis illis perdit, sed si sunt marito alia bona dos vxoris ad medíetatem illorum transfertur. Idem censetur de bonis oppignoratis, cum consensu vxoris, summa tamen dotis non minuatur.

Ibid. §. Rękoiemstwo kmieci.

3. Fideiussoria subditorum in Masouia abrogatur, sed quilibet ratione subditi, aut Kmetonis, aut serui

vtriusq; sexus tenetur respondere, coram officio Castrensi peremptorie citra motionem & appellationem.
1. Nemo autem ausit Kmetonem, aut seruum vtriusq; sexus suscipere, nisi literas â Domino suo absolutorias habeat: quodsi apud quempiam talis præuentus fuerit, is coram officio Castrensi respondeat cum pæna centum marcarum, & in damnis condemnetur: cui legi etiam Ciuitates & opida tam Regalia, quam Nobilium & spiritualium subiaceant.

Quæ omnes consuetudines â Stephano Rege in pleno robore sunt confirmatæ Marienburgi, die 10 Iunij. anno 1577. Hic & Vniuersale contributionis.

2. Ibidem Vniuersale Poduodarum. anno 1578. Warssauiæ in eum sensum: Quod Ciuitates & oppida æqualiter onera Poduodarum ferant: ab vno equo pro vno milliari vnus grossus, â curru medius soluatur.

(1.) Dotalicii venditi exemptio. (2.) Uxor marito ad infr... 1576.

1578.
Iudicia Tribunalitia Regni.

Pecuniam Poduodarū omnes conferant, ſub pæna ſimilis ſummæ, quam non ſoluentes Capitaneis dedeferantur: Capitanei vero exequutionem faciant ſub pænis ſtatutorum, non obſtantibus literis decretis & priuilegijs. Exceptis locis igne vel incurſione hoſtili deſolatis quæ ad quadriennium â data literarum libera eſſe debent.

CONSTITVTIONES

Conuentus Warſſawien. Anno 1578.

STEPHANO REGE.

Tribunal. iudicia inſtituuntur.

p. 325. J. Porda., tek do obierania Sędziow.

IVdicia Generalia Tribunalis Regni inſtituuntur, ad quæ in omnibus Palatinatibus Regni, in particularibus Conuentibus Iudices feria ſecunda poſt feſtum Natiuitatis B.

1578.
Iudicia Tribunalitia Regni.

Mariæ Virginis, viri idonei, probi, iurisperiti, & possessionati eligantur: in maioribus Palatinatibus, vzt Posnaniensi, Sandomirien. Calissien. Plocen. Russiæ, Massouiæ, duo. in reliquis, & in terris Wielunen. vnus: Dobrinen. vnus. Osuecimen. & Zatorien. vnus. p.326.§.Obiera„nie Sedziow.

Si quis ex iudicibus quorumcunq; subselliorum electus fuerit, in causa ab eis Iudicio, per motionem deuoluta, sententiam non dicat, neq; alios dicentes audiat. Ibid.

Autoritas Deputatorum, nonnisi ad alia Iudicia duret, & tandem alij in locum illorum eligantur. ibid.

Secundo idem ante quadriennium non eligatur, nisi omnes nemine contradicente in id consentiant. Huius declarato Const. anni 1601. fol. 38. Ibid.

Iudice, ex aliquo Palatinatu, deputato, infirmo vel mortuo, reliqui iudicent, non obstante absentia Collegarum. ibid.

Iurent iuxta formulam iuramenti Iudicis Terreſtris, in ſtatuto deſcriptam, eo addito, quod in cauſis non ſunt conſilium daturi, munera non accepturi, punctum additum Conſt. 1613. fol. 3. & quod citra omne ſtudium ſunt in Iudices electi.

Iuſté & ordine, iuxta regeſtrum, per Palatinatus iudicent, á iure ſcripto non diſcedant, Deum & Iuſticiam præ oculis habeant, ſententiam per duos vel tres ex illis ſubſcriptam, ex ſcripto ferant. In diuerſitate vel paritate ſententiarum iterum & tertiò dicant & tandem maior pars cõcludat.

Cauſas ſpiritualium, ſex ſæculares, cum ſex ſpiritualibus perſonis iudicent maior pars concludat. Si vero pares fuerint ſententijs, ad Cõuentum cauſam remittant. Hunc tamen paritatis caſum libet in Conuentu proximo vel abrogare vel emendare. reuocata Conſtit. anni 1607.

1578. Iudicia Tribunalitiæ Regni.

Decimæ ex bonis hæreditarijs in eodem statu permaneant, quo nunc sunt, commoto nemine, ad compositionem vsq;. hæc renouata Const. anni 1581. fol. 218. & reassumpta Const. 1588.

Decreta eius iudicij, paria sint authoritate decretis Conuentionalibus; contrauenientes vero illis, & hoc nomine, siue in Conuentu, siue post Curiam negocium facessentes, tanquam contempores decretorum Regiorum puniantur.

Perlucra contra spirituales antea obtenta, suspendantur, donec de illis in Conuentu cognito fiat.

Iudicabunt omnes & singulas causas, á Iudicijs Terrestribus, Castren. Succamerarialibus, Colloquialibus, Commissarialibus (in causis diuisionis bonorum) per motiones, appellationes, remissiones limitationes & alio quouis modo ad Conuentum, vel post Curiam deuolutas, tam ab officijs, quam ex offi-

Iudicia Tribunalitia Regni 1578

cijs, occasione non factæ exequutionis decreti, vel decretorum Iudicij Generalis Tribunalis Regni, huius vltimæ instantiæ, in his rebus, quæ Iudicio huius Tribunalis iudicantis incumbunt, & iudicatæ fuerint, & aliorum grauaminum, ex Iudicijs, siue officijs Capitaneorum, & eorum officialium administrationem iusticiæ illatorum: tum & omnes causas iudicãdas, & ad locorum Capitaneos pro exequutione remissas, vbi debitæ exequutioni demandatæ non sunt, nec non causas ex Iudicijs nouis, vltimæ instantiæ propendentes, aliasq; omnes ex citationibus, & adcitationibus nouis & antiquis incidentes, & ad hoc Iudicium pertinentes, cum conseruatione omnium terminorum.

p. 327. §. Cosq. Ibid. maiq.

Exceptis causis merè Criminalibus, in Conuentu iudicandis, ita vt si quis causam Ciuilem, Criminaliter instituerit, victus hoc nomine pænam sessionis Turris, & Centum

1578.

1578.

Iudicia Tribunalitia Regni.

marcarum, cum refusione damnorũ luat & causa ad forum remittatur.

In causis tamen, & articulis Criminalibus Iudicij. Castren. ad Tribunal appelletur.

p. 327. § Co sq. Bui maiq.

Ecceptis etiam causis Fisci, iuxta Constitutiones Anni 1562. & 1567. tum & exemptionis bonorum Regalium.

Ibid.

Quod si quis Capitaneum vel Tenutarium ratione fundorum Regalium citauerit, ex quibus Quarta soluitur, vel qui reuisioni vel lustrationi subsunt, vel qui in summis antiquis obligati sunt, ad Conuentum remmittatur. Licebit tamen Regi, pro bonis suis iuxta præscriptũ Statutorum semper agere, eaq; repetere.

Ibid.

Ratione quartæ, & bonorũ nullo iure receptorum in Conuentu agatur.

Ibid.

Causæ quoq; Iuris Magdeburgẽsis & Culmensis, saluis casibus in Statuto descriptis, Regali Iudicio reseruan-

Ibid.

Iudicia Tribunalitia Regni. 1578.

Iudicia Tribunalitia Regni. 1578.

seruantur: de perlucris verò interea super Ciues obtentis, idem quod de perlucris spiritualium.

p. 329. §. miey[illegible] sądom.

Locus Iudicij huius, Palatinatibus maioris Poloniæ, qui sunt: Posnaniensis, Callissiensis, Siradiensis, Terra Wellunensis, Lanciciensis, Brestēsis, Iuniwladislauiensis Masouiæ, Plocensis, Rauensis, & Terra Dobrzynensis. Petricouia. quêis adiuncti Palatinatus Prussiæ Constit. Anni 1589. fol. 13. Minoris veró Poloniæ Palatinatibus, qui sunt Cracouiensis, Sandomiriensis, Russiæ, Podoliæ, Lublinensis, Belzensis & Podlachiæ Lublinum: quibus adiuncti Palatinatus Wolchinensis & Braclauiensis. Const. 1589.

ibid.

Ita vt peractis primum Petricouiæ maioris Poloniæ Iudicijs, Lublinum eatur.

ibid. §. bezpieczeń[illegible] stwo sądów

Ad hoc Iudicium nemo acedat, nisi causam iudiciariam habeat. Vocatus veró ex ordine sine tumultu ad Iudicium veniat, cum vno dun-

taxat

1578.
Iudicia Tribunalitia Regni

taxat Procuratore, & duobus amicis. Si veró quis timere introierit, nec monitus exiuerit, vel clamores in domo Iudicij excitauerit, pæna duplici quatuordecim marcarũ puniatur, illico ſub alia ſimili pæna numeranda.

Dum ſententiæ dicuntur nemo adſit, præter eos qui ad hæc Iudicia iurati pertinent.

Ad locum electioni Iudicum, & celebrationi horum Iudiciorum, deſignatum, armatus nemo veniat præterenſem, ampliata Conſtit. Anni 1616. fol. 3.

Si veró cum pixidibus, & alijs inſuetis armis venerit, vel cum illis inceſſerit, pæna quinquaginta marcarum in inſtanti puniatur, ſub pæna 14. marcarum luenda,

Si quis in loco Electionis, tribus ſeptimanis ante & poſt celebrationem eorum Iudiciorum perſonam Nobilem vulnerauerit, vel occiderit non ſecus puniatur ac ſi id in cõ-

uenti-

uentione Regni Generali perpetrasset.

p. 330. §. Sąsy sądow. Incipiant autem hæc Iudicia feria secunda post festum Sancti Martini Petricouiæ. Sed iam Constit: Anni 1611. ampliauit, iamq; post Festum Sancti Francisci incipienda assignauit. Lublini veró post Dominicam conductus Paschæ. Iudicia tamen inferiorum sub selliorum etiam sub tempus Tribunalis celebrentur.

Sub tempore quoq; Comitiorum, nihilominus Iudicia Tribunalis Regni celebrentur.

ibid. Decreta Petricouiæ sub sigillo Terrestri Siradiensi. Lublini sub sigillo Terrestri Lublinensi, extradantur.

ibid. §. vtwier. Wenie Dekretow. Decreta eorum, tantæ sint authoritatis vt si quis ad cuiuscunque instantiam hoc nomine ad derogandum huic decreto, citatus fuerit, â citatione ipso facto liber sit. Si veró ille nihilominus instaret, vel aliquid

Iudicia Tribunalitia Regni. 1578.

in contumaciam obtineret, pro infecto reputetur, neq; exequutioni detur: citatus personaliter compareat pænam centum marcarum illico super actore vel eius procuratore obtinebit, sub pæna quatuordecim marcarum: cuius pænæ medietas fisco, medietas parti euocatæ debebitur.

Nihilominus procurator ad vnā septimanam in fundum Turris inijciatur. Authoritatem decretorum Tribunalis corroborat Constit. 1607. fol. 15. & Constit. 1613. fol. 7.

Iudex, subiudex & Notarius Terrestres, illius Palatinatus adsint præsentes ad secreta Iudicij iurent & alia faciant, quæ in Iudicijs Conuentionalibus, vel Regalibus facere debeant. Pænas dictas kocze exigant, & Iudicibus locorum remittant, sententiam tamen non dicant.

Citationes ad hoc Iudicium sub titulo Regio extradantur, sub sigillo

1578.
(1.) Iudicia Tribunalitia Regni. (2.) Iudicia Lituanica. (3.) Articuli ad Statuta Lituanica adiecti. (4.) Turris.

Terræ illius, in qua reſidet citandus, ponantur veró duabus ſeptimanis ante terminum.

p. 331. §. O zapiſiech y protestácyach.

1. Inſcriptiónes, protestationes, recognitiones relationes, coram hoc Iudicio factæ eius ſint vigoris, cuius Terreſtres vel Conuentionales eſſe ſolent.

Ibid. §. O exequucyey Dekretow.

Capitanei decreta eorum exequãtur, ſub pænis in Statuto deſcriptis.

Ibid. §. O opátrzenie Sędziow.

Iudices ſalarij loco à ſingulis decretis groſſos quindecim habeant: reſcripta iuxta Statuta ſoluantur, ſpirituales veró ſuis Deputatis de victu prouideant.

Ibid. §. Popráwá Tribunału.

Reformatio horum Iudiciorum libera ſit Nobilitati in Conuentu, communi omnium conſenſu.

p. 332. §. Iesieſtwa Litewskiego Sądy.

2. Iudicia Lituanica iuxta antiquũ morem celebrentur, Statuta tamen emendentur & ad Conuentum referantur.

Ibid. §. Articuli przydane do prawa Litewskiego

3. Articuli ad Statuta Lituanica adiecti, hic omiſſi ſunt, quia ad leges Lithuanicas pertinent.

p. 333. §. O siedzenie głownikow.

4. Turris in fauorem homicidæ non

repa-

1578.
(1.) Post Casimiri 3. statutum Telonea impetrata. (2.) Factor secundo iurare coactus.

reparetur, neq; carceres homicidis per Capitaneos adornentur, sub pæna 400 marcarum Iudicio Terrestri peremptorié repetenda: liceat veró ei cuius interest, videre toties quoties opus fuerit, qualiter homicida detinetur, quod Capitanei denegare non debent, sub eadem pæna.

Telonea omnia tam aquatica quam Terrestria post Statutum Cazimiri tertij impetrata abrogantur, vbi veró noua propter reparationem locorum difficilium necessaria sunt, ea succamerarij Tribuni & Vexiliferi sub officiorum priuatione præmissa quatuor septimanis antea publicatione eodem anno reuideant, & ad Conuentum referant: Constitutio veró Anni 1538. de extorsione Telonei sancita referri debet, ad cuiuscunque status homines, & ad eos qui iuramentum contra præscriptũ Statuti Alexandrini anni 1504. in Cameris exigunt, vel illud præstare denuo cogunt, posteaquam semel 1. 2.

(1.) Nobilitatio plebeji. 1578. (2.) Illegitima proles. (3.) servum plebejum sine literis testimonialibus suscipi, ...

coram officio præſtitum fuerit: ij omnes ad quodcunq; officium Regni citati, centum marcarum pæna mulctentur.

p. 333. §. O(lech. In finitimo tamen Teloneo iuxta conſuetudinem veterem iuretur.

p. 334. §. plebeiorum nobilitatio. 1. Plebei non niſi in Comitijs Nobilitentur, idq; cum ſcitu Senatorum aut in bello, ob inſignia in Rempub. merita. ſic Conſtit. anni 1601. fol. 16. & Conſtit. 1613. fol. 8.

ibid. §. de illegitima prole. 2. Illegittima proles etiam ſubſecuto matrimonio non ſuccedit, nec vnquam legittimatur.

ibid. §. O ſlugi. 3. Seruum plebeium abſq; teſtimonio nemo ſuſcipiat, neq; foueat ſub pæna 14. marcarum, iure Terreſtri exigenda. & nihilominus ſeruum repetenti extradat. quodſi ſeruus veniam petens, literas â domino non impetret, coram Iudicio Terreſtri vel Caſtrenſi proteſtetur: ſecus tamen de natiuis ſubditis qui nonniſi á ſuis dominis literas petere debēt. Hæc pæna ſuſcepti famuli profugi

aucta

(1.) Nobilis in Civitate residens. (2.) Cyngani. (3.) vi aliquid in Civitate recipiens. (4.) Cerevisia Wratislaviens.

aucta est ad 100. marcas, & forum coram Iudicio Castrensi assignatum Constit. 1596. fol. 11.

1. Nobiles qui bonis venditis, in Ciuitatibus resident, bellum seruiant ex summis sub pæna priuationis omnium bonorum.

2. Cynganos seu Philisteos si quis excipiat, contra eum potest agi in Iudicio Capitaneali tanquam complicem banniti: de quibus etiam Constit. 1588. fol. 36.

3. In Ciuitatibus nihil vi recipiatur, alioquin citatus ad officium Castrense, peremptoriè satisfaciat cum pæna trium marcarum. Lex autem hæc ad proximum Conuentum duratura erat, quæ tamen postea Anno 1589. reassumpta est.

4. Cereuisiam Wratislauiensem, nemo in Poloniam inuehat, neq; eam propinare audeat, sub pæna 14. marcarum, coram Capitaneo loci exoluenda, non obstantibus literis Regijs.

1\. In Castro Cracouiensi, & in toto Palatinatu, mane iudicia tam causarum officij, quam Iudicij secundū Statuta iudicentur. vsq; ad horam vigesimam tertiam.

2\. Ministerialem dum officio suo fungitur, si quis occiderit, vulnerauerit, vel percusserit, pæna violationis Iudiciorum puniatur. Ministeriales vero etiamsi Generales respondeant coram Capitaneo loci illius, vbi excesserint. idem vide in exceptis Mazouiæ.

3\. Obstacula in fluuijs statuto descriptis tollantur.

4\. Statutum de facionato termino declaratū nonnisi pro furtiuis rebus.

5\. Post conuictionem inuasionis, scrutatores non dentur, conuictus pænis statuto præscriptis subiaceat. tamen ante conuictionem scrutinia fiant.

6 Mercatores pro equis & vino in Vngariam non eant, sub amissione eorum, quod Capitanei & Telone-

atores

atores animatuertant, ſub pæna 14. marcarum, per officium Caſtrenſe vicinum exigenda. fuſius de eiſdem Conſtit. 1641. fol. 8.

Terminis Terreſtribus Lublinenſibus additur biduum: reliqui dies eius ſeptimanæ vzt feria quinta & ſexta atq; ſabbatum Vrzendouienſibus aſſignatur.

Conſtitutio de profugis ſeruis & Kmetonibus in Mazouia, á morte Sigiſmundi Auguſti locum habeat, idq; inter incolas, ſub pæna 14 marcarum, per medium parti & Iudicio diuidenda. Cauſæ tamen ante mortem Regis Sigiſ. Auguſti cæptæ, eodem iure terminentur, quo cæptæ ſunt.

Pro Lomzenſi Cancellaria locus datur perpetuo cum libertatibus iuris communis: ad quas etiam Iudicialis domus Lomzen. pertineat.

De ſubditis & ſeruis fugitiuis, in iudicio Caſtrenſi agatur, in palatinatibus, Kiouien. Wolhinen. Bra-

Kmetones et servi fugitivi 1578. in Palatinatibus Belzen. Russiae, Podoliae, Wolhinen. et Braclavien.

clauien. itidem & de interceptione, aliâs o Grabiezy, peremptorié sine diffugijs, iuxta statutum Lituanicũ, negans iuret: nisi iurauerit citatus, actor super damna iuret: Ciuitates illorum Palatinatuum, eidem iuri subsint, cum pæna centum marcarum: Capitanei hoc nomine in proximis Castris conueniantur ibidem peremptorie. vicinior autem Capitaneus Iustiã non neget sub priuatione officij.

p. 338 f. Sprawiedliwość o chłopy zbiegłe.

Inter Palatinatus Belzen. Russiæ, & Podoliæ ab vna, & Wolhinen. atq; Braclauien. ex altera, pro Kmetone aut seruo fugitiuo, & de spolio, vulgo o Grabiez, citetur reus ad officium Castren. illius districtus, in quo delictum est factum, peremptoriè, vbi vel restituatur fugitiuus, vel iuxta taxam soluatur. Præscriptio á triennio ante Constitutionem currat. Capitanei exequutionem contra iniuriantes faciant: alioquin &

ipsi conueniantur iuxta Const. præsentis Conuentus.

Ad limites inter eosdem Palati. facien. Rex deputet Commissarios. Pro omnibus alijs iniurijs, agatur iure Terrestri, Ministeriales item absque additione citationes ferant.

In Palatinatu Kiouien. Wolhinē. Braclauien. sint Pincernæ, Dapiferi, Subpincernæ & Subdapiferi.

Moneta tam in regno, quám Ducatu Lithuaniæ cudatur. extera vero alia proscribatur, alia taxetur, vt fiat ex re Reipub.

Limites per Commissarios inter bona Regalia factos, Capitanei ne violent: quod si qui post annum 1562. violati sunt, ad festum Sancti Ioannis Baptistæ restituantur, cum pœna centum marcarum, toties quoties conuicti fuerint.

Quod si subditi Regij Plebeii, inuito Capitaneo id fecerint, pœna quinquaginta marcarum puniantur, & nihilominus eorum sumptu, Capitane-

(1.) Constitutionum Palatinalium transgressor. (2.) Violentia externorum. (3.) Militum exemptio. 1578.

pitaneus limites per Commissarios restituat, infa duodecim septimanas: de eodem Constit. 1567. fol. 15. & Const. 1588. fol. 27. & Const. 1598. fol. 12. Citatus Tenutarius vbi respondeat, est Const: 1262. fol. 14.

p. 340. §. Około v. praw Woiewodzkich.

1. Pecans contra Constitutiones Palatinales, deferatur ad officium Palatinale, quod simul cum iniuriam passo agat, contra iniuriantem, in absentia vero Officij Palatinalis, exequutionem faciat Magistratus Ciuilis. Similis Constit. 1571. fol. 217. & Const. 1607. fol. 22. & Constit. 1565. fol 51. & 1562. fol. 16.

p. 341. §. de violentijs ab exteris contra facta.

2. Vt violentiæ externorum præsertim ex sillesia & Vngaria cohibeantur, Rex curabit alioquin permittet vti Statuto Anni 1532. violatores veró externos nemo foueat, sub pæna de guerris sancita,

Vid. §. Zolnierze.

3. Milites cum Rege ad bellum euntes â iudicijs liberi, exceptis ijs, qui

ad

1581.
(1.) Pedites. (2.) Pixidum abusg.

ad inſcriptionem vel pro violentijs citantur: literas autem teſtimoniales ê Cancellaria habeant.

1\. Pedites ex Ciuitatibus, Oppidis, & villis Regijs iuxta numerum Ianeorum colligantur.

Hic & Vniuerſale Contributionis.

Aliud Vniuerſale Contributionis Anno 1580.

CONSTITVTIONES

Conuentus Warſſouien. Anno Domini 1581.

Sub STEPHANO REGE.

2\. PIxidibus nemo vtatur ſub Iudicijs quibuſcunq́; neq́; in Conuentibus, neq́; in actibus Iudiciarijs neque in conuiuijs, foris, nundinis, ſub pæna 14 marcarum, pro qua poterit quilibet citare, ſeu ad Caſtrenſe, ſeu ad Terreſtre Iudicium. Itidē

&

1581.
(1.) Occidens plebejum. (2.) Coactio ad reiterationem juramenti ratione telonei.

& Capitaneus, iuxsa Constitutionē Anni 1557, peremptoriè, citra appellationem: saluo Statuto anno 1507. de armis seditionem præseferētibus. pæna autem prædicta debetur actori. Impossessionatus in illo districtu remittatur pro exequutione, ad illud officiū vbi est possessionatus ad id facit Const. 1598. fol. 34. & pæna aucta Constit. 1611. fol, 3. & 9.

p. 372. §. Omq. Zoboystwie plebejorum.

1. Nobilis Occidens Plebeium hominem rusticanum, luet triginta marcas, per medium Domino & successori occisi diuidenda. Plebeius autem occidens Plebeium capitis pæna puniatur, saluis scrutinijs. vulnera plebeiorum in duplo soluantur.

p. 373. §. Cla Przysięgi chłopskich.

2. Iuratus semel coram officio Castrensi famulus, ad iterationem iuramenti proprietatis frumenti, vel ad solutionem Telonei ne cogatur, sub pæna centum marcarum coram quouis Iudicio vel officio exigenda.

Notari-

(1.) Bona nullo iure recepta. 1581. (2.) Fumalia. (3.) Vina in emporium advecta. (4.) Vina Moravica.

Notarius vero recognitiones iuramenti præstiti ne det, si iuramentum factum non est, sub pæna ducentarum marcarum, cuius medietas delatori cedet, altera fisco, quo nomine post Curiam respondebit. Sic Const. 1550. fol. 2.

1. Ij qui de bonis nullo iure ademptis conqueruntur, in Iudicijs Terrestribus causas suas publicent & inscribant, quæ tandem per Capitaneos Regi remittantur, propter informationem Instigatoris. Bona tamen per Regem nullo iure recepta, semper repetere liceat, præscriptione non obstante. p. 373. §. de bonis nullo iure receptis.

2. Fumalia nonnisi iuxta præscriptũ Statutorum exigantur. p. 374. §. O wybieraniu poradlnego.

3. Vina quæuis in emporium aduecta ac vendita nemo audeat ex curribus deponere, donec ab officio Ciuili sigillentur similiter in celarijs non propinentur, nonnisi cum scitu Palatini aut officij ipsius. ibid. §. O Przekupniach wina.

4. Vina Moravica & alterius generis, nec in eis- ibid.

(1.) Cives Cracovienses. 1581. (2.) Prussiani Nobiles a telo, neis ratione boum et equorum liberi.

dem cellarijs asseruentur propter confusionem. Idem de Maluaticis & alijs liquoribus externis intelligatur. Qui contrarium fecerit, pœna centum marcarum aut amissione vini, si valorem centum marcarum non excedit per medium Palatino & parti instiganti applicanda, mulctabitur.

§. 374. §. Krakow. 1. Ciues Cracouienses, qui officio Consulari & Scabinali, etiam iuris supremi præsunt, pro iniurijs agant tanquam Nobiles, vbi violator capi non potest. Idem de Ciuibus Posnanien. Tum de Lepolien. & Warssouien. Const. 1588. Lanczicien. Const. 1609. Lublinen. Callissien. Petricouien. Prasnisen. Const. 1611.

§. 375. §. Cło od szlachty Pruskiey. 2. A bobus & equis in proprium vsum emptis Nobiles terrarum Prussiæ telonea non soluent præstito in id iuramento. Quod intelligendum & de alijs pecoribus.

Ibid. §. Seymik Oświęcimski. Conuentus Particularis Osuecimen. & Zatoriensis in Zator celebran.

bran. triduo ante Prosseuien. præcedat.

Harum terrarum Nobiles á quibuscunq; teloneis sint liberi.

Castrum in Laticzow instituitur, ita tamen vt vnus & idem Capitaneus Camenecen. vtrobiq; iurisdicionem exerceat.

Conuentus particularis Halicien. instituitur.

Capitcneus Braclauien. pro profugis rusticis iuxta Constit. 1578. ad viciniorem Capitaneum, citari potest.

Inscriptiones in Terra Bielscen. coram quibuscunq; actis legittime factæ, in suo robore conseruantur

Positio actorum in Podlachia, in defectu terminorum, celebretur, iuxta Const. Anni 1569.

Transportationes inscriptionum, in acta Terrestria. per Podlachiam, etiam in absentia recognoscentis factæ, approbantur.

Feuda in Russia, ante Alexan-

1581. (1.) Executio constitutionum Palatinalium. (2.) Decimae. (3.) Tribunal Lithvaniae. (4.) Militum exemptio.

drum collata, pro perpetuis donationibus censeantur.

1. Proconsul non exequens Constitutiones Palatinales, coram officio Palatini & Capitanei accusetur: vbi vero vtrumq; officium idem senserit, transeat in rem iudicatam: si dissenserit, ad Regem sumptibus Ciuitatis remittatur, quæ si infra duodecim septimanas in Regno, octodecim extra Regnũ finita nõ fuerit, sententia Palatini obtineat. Similis Cõst. 1578. & 1607. & 1565 & 1562.

2. Ratione decimarum suspenditur exequutio ad compositionem, sine præiudico vtriusq; partis, & Anno 1578. & recessione 1688.

3. Iudicia Tribunalis in magno Ducatu Lituaniæ constituuntur, statutorum emendatione salua.

4. Eximuntur milites á iudicijs, & eorum vxores, qui vero exemptionum literis se tutatus fuerit, neq; expeditioni bellicæ interfuerit, ipso facto amittet causam.

(1.) Telonea â bobg nobilium (2.) Kaptur.

Boues tributarij, vel proprio frumento saginati, liberé absq; teloneo dimittantur, sub pæna centum marcarum. Nobiles veró, & eorum famuli, itidem Nobiles, â iuramento non arceantur. 1. p.383. f. Clá ... Bla checkich.

His Contributio laudata. p.385. seqq.

Interregnum Morte STEPHANI REGIS Anno 1586.

POst mortem Regis Stephani iterum ad similes confederationes prout superioribus interregnis recurritur,& iudicia vltimæ instantiæ in singulis Palatinatibus instituuntur: de quibus postea in Conuocatione Warssouiensi leges latæ, & multa alia pro temporis ratione sancita sũt: successit deinde electionis Conuentus: quem subsequitur Conuentus ad Wisliciam: vbi electio Serenissimi Regis Sigismundi tertij confirma p.399. seq. 2. p.400. seqq. p.430. seqq. p.438. seqq.

1588.
Crimen læsæ Majestatis.

tur: de quibus omnibus extant literæ vniuersales, partim typis excussæ, partim manu scriptæ, & ad singulorum Palatinatuum, & Terrarum acta Castren. relatæ.

CONSTITVTIONES

Coronationis moderni Serenissimi Sigismundi III. Regis Poloniæ Inuictissimi & Augustissimi. Anno 1588.

VBI denunciatio Regis Coronati Crac. 30. Ianuarij.

Literæ Iuramenti præstiti: Confirmatio generalis iurium. Literæ pactorum Conuentorum.

p. 455. d. De crimine læsæ Majestatis.

Crimen læsæ Maiestatis nonnisi in personam Regiam committitur, nempe machinatione, conspiratione, violento conatu, facto ipso in vitam Regiam. Cuius criminis suspectus vir Nobilis, debet ab instigato-

re

1588.
Crimen læsæ Majestatis.

re cum ſcitu Regni ſupremi Marſalcij, ad conuentum citari. Citatio debet Sex ſeptimanis ante terminum poni. Relatio eius poſitionis, in acta Caſtrenſia loci illius inſcribatur, in quam citatio ipſa inſeratur, atq́; eadem citato in Conuentu particulari illius diſtrictus innoteſcat, & per Miniſterialem publicetur. Citatus peremptoriè compareat.

Rex poſt auditam cauſam ipſe è Senatu ſecedat, eamq́; Senatoribus & nuncijs iudicandam relinquat qui vbi concordes in vnam ſententiam iuerint, feratur decretum, Rege præſente, ex ſcripto per Marſalcum. Si veró concordes non fuerint, maior pars concludat. Ad hoc iudicium pertinere debent nuncij numero octo, qui iurati ſententias dicant, & ſententiæ illorum Senatorum ſententijs pares ſint, Delator Inſtigatori adſit, qui & Plebeius eſſe poteſt. Quod ſi probationes manifeſtæ & Notoriæ non fuerint, vel ſententiæ

1588.
Gimen laesa Maie.

numero pares fuerint, citatus propior ſit ad euadendum: complex eiuſdem criminis, vbi contra illum ſufficienter probatum fuerit, ad ſimilem pænam condemnetur. Citato nonniſi viginti perſonæ, tam in Comitijs, quam in Iudicio aſſiſtant, inter quos & amici & ſerui computentur. Procurator citato detur. Si eo opus habuerit, an dilatio ad deliberandū, & reſpondendū ad tertiam diem concedatur, ſi eam petierit. Quodſi citatus iniuſtè accuſetur, delator Nobilis pænâ calamniatorum iuxta Conſtit. 1565.

Plebeius veró pæna capitis puniatur. Vbi autem citatus per iuremen tum euadit, pænæ iſti non ſubiacebit delator. Tales cauſæ non protrahantur per Inſtigatorem, alioquin actor in euaſione condemnabitur; niſi ipſe citatus dilatione veræ infirmatis negotium diferat, quæ ſola in ijs cauſis admittatur, Prouocari etiã ad ſcrutinium poterit ſi opus fuerit.

Idem

1588. (1.) Crimen perduellionis. (2.) Foedera legationes. (3.) Constitutiones. (4.) Negotia publica. (5.) Executio in Russia et Podolia..

Idem processus seruetur contra eos, qui in Rempub. peccant in quibus causis ipse Rex Senatui assidebit, & maiori parti sententiarũ adhærebit. Quodsi in causis perduellionis delator non reperiatur ipse Instigator, cum scitu Marsalci agat, documenta tamen sufficientia habeat. 1. p. 455. seq. §. De crimine laesae Maiestatis, etc.

Pacta & fœdera cum exteris præsertim finitimis iunouentur. Rex nunquam ea & legationes excipiet aut expediet sine scitu Senatorum protunc in Curia residentium. 2. p. 457. §. de pactis et foederib.

Constitutiones in Conuentu cõcorditer conscriptæ, per Senatores & nuncios ad id deputatos subscribantur, & in præsentia eorum legantur, cum interrogatione num sigilari demandẽtur. ad id Cõst. 1613. vbi sic subscriptæ actis Castrẽ. Warssouien. acticentur. Negotia publica extra Conuentum non decidantur. 3. Ibid. §. O Constitucyach Seymowych. 4. Ibid. §. O nie stanowieniu spraw etc.

Exequutione in terris Russiæ & Podoliæ, nemo inquietetur, exceptis bonis litigiosis. 5. Ibid. §. Zamknienie exekucyey.

Statu-

(1.) Salvgconducty. (2.) Moratoria. (3.) Ius caducum.

1. Starutum Anni 1 5 4 3. de non dandis saluiconductus literis Ciuibus, contra Nobiles, approbatur: dentur tamen ciuibus, & subditis contra Capitaneos, & Tenutarios, Vadia quoque Nobili contra Nobilem & ciui contra Nobilem (modo de nominé specificetur) dari possunt: ratione veró vadij forum in iudicio Terrestri, appellatio ad Tri-
2. bunal Regni. Literæ deniq; moratoriæ Ciuibus & Iudæis contra Nobiles non dentur; inter ciues verò ex iustis in iure descriptis rationibus concedantur. Herb. fol. 409. Tit. saluiconductus. & Constit. 1550. fol. 3.

3. Constitutio Coronationis Stephani Regis, de conferendis bonis, iure caduco, inscripto, donato, seu alio quocunq; modo & ratione ad fiscum Regium, iusté & legittimé deuolutis, & deuoluendis, approbatur: cum ea daclaratione, ne bona nobilitaria hærede vacua censean-

tur,

※) Vid. b. Zydowski in tract. de potioritate. D. ult.

1588. (1.) Ius caducum. (2.) Diffamatio.

tur, quamdiu successor ad octauum vsque gradum inclusiué, probari legittimé ex vtraque linea potest, cuius rei iudiciũ ad Comitia pertineat. Si verò in bonis iure optimo ad Regem deuolutis, debitum sit inscriptum, illud in primis exoluatur. De bonis tamen ciuilibus, Rex post Curiam, ex iuris Ciuilis præscripto iudicabit. 1.

In bonis hæreditarijs Nobilium bona iure Caduco non ad Regem, sed ad dominos pertinent, iure propinquorum saluo. Ibid.

Si quis ius caducum, tam in bonis Terrestribus quam Ciuilibus impetrat, & in probando deficit quos inquietauit, damna refundat: quo nomine plebeius in foro fori, Nobilis in Iudicio Tribunalis, actione inter causas officij conueniatur. Quod si & ortum alicuius Nobilis diffamauit, nec probauit diffamator seu delator reuocationis pæna ibidem, per Iudicium Tribunalic. mulctetur, Ibid. 2. Ibid.

Com

Commißio et Commißarij ad faciendos limites. 1588.

p. 459. §. O. Commißyach.

Commiſſiones ad faciendos lites ex Cancellarijs dentur: Commiſſarij veró Succamerario, vel eius Camerario adiuncti, etiam ex vicino palatinatu dari poſſunt, „licet" in illo Palatinatu, vbi granicies inſtituuntur, poſſeſſionati non ſint. Qui Commiſſarij poſteaquam literas innoteſcentiæ ſubſcripſerit, adſint ſub pæna centum marcarum, in iudicio Tribunalis Regni repetenda, infirmorum iure ſaluo. Quod ſi Commiſſio vna die perfici nequit, ſequentibus diebus perficiatur. In Commiſſariali actu, tam Tenutario, quàm Nobili non plures perſonæ aſſiſtant, quam triginta, cum amicis & ſeruis. Subditorum verò viginti, propter oſtendenda ſigna, & erigendos ſcopulos. Ne autem periuria fiant, ante omnia Commiſſarij ſigna per ſenes oſtenſa videant, & ad conſcientiam examinent, atq; eos ſenes, qui potiora ſigna oſtenderint, ad probationem admittant,

quodſi

(1.) Modus in defensione bonorum Regalium. (2.) Capitaneus iniuriosus. 1588.

quodſi vtrinq; dubia ſigna fuerint, â neutra partium iuramenta ſuſcipiant, ſed conſcientiam & æquitatem ſequuti, rem ex ſtatutorum præſcripto diffiniant. Quorum iudicati robur Conſt. 1598. fol. 12.

Capitanei in bonorum Regalium defenſione, eum modum obſeruent, ne labores proprios & ſegetes conculcent, vel ædificia diruant, & præſertim quæ per vnum annum ſine eorum contradictione ſteterunt, ſed tantum vſum ſuum continuent, vel iure Terreſtri agunt. 1. ibid.

Quodſi Capitaneus iniurioſus ſit, damnumue alicui dederit, eo nomine in Iudicio Terreſtri, vbi bona illa ſita ſunt reſpondeat, ſi in illo diſtrictu poſſeſſionatus non ſit, exequutio fiat in bonis, vbicunq; ea habuerit, iuxta Conſtitut. 1562. Quodſi nuſquam ſit poſſeſſionatus, procedatur contra eum iuxta Cõſt. 1588. proceſſu contra impoſſeſſionatos. ſi ſummam in bonis Regalibus 2. ibid.

1588.
(1.) Damna et iniuriae in bonis Regalibus illata. (2.) Bona litigiosa limites non habentia. (3.) Nobilis fundos Regios post distinctionem usurpans.

1. habeat, in ea exequutio fiat. Integrum quoq; erit Capitaneis, pro damnis & iniurijs, tam in Regalibus quam eorum prouentibus illatis, iure Terrestri contra iniuriosos agere, vbi & iurare tam pro se, quám pro Rege poterint, salua appellatione ad Tribunal, vbi sine vlla remissione, tales actiones decidantur. Subditi ex villis Regijs, iniurias suas iure cum Capitanei assistentia prosequantur. Ciues tamen sine assistentia, more solito agere possunt.

Ibid. 2. Si bona litigiosa limites non habent, decernatur vt Noblis Commissionem sine intermissione perficiant.

3. Quodsi post distinctionē Commissarialem, Nobilis vicinus fundos Regales vsurpet, & eo nomine, iure Terrestri conueniatur tenebitur Iudicium Terrestre vel ipsum exire, vel iuratos Camerarios, cum Ministeriali mittere, & fundo oculis subiecto, in proximis Iudicijs sententiam ferre, & damna passo satisfactio-

(1.) Iudicij Terrñ Officialium electio. 1588. (2.) Bona nullo iure recepta.

nem adiudicare, iuxta iuramentum & liquidationem ipsius. pro his militat Const. 1598. pœna disycientis. & Const. 1578. fol. 192. 340.

1. Iudicij Terrestris officiales antiquo more eligantur, electioni post cessum vel decessum eorum, in sex septimanis, Palatinus Conuentum indicat, hoc negligente Palatino, faciat Castellanus. Eodem modo succamerarij eligantur, qui exnunc iurati esse debent. Conuentus verò eiusmodi tam securi sint, sicut Conuentus Iudicium Tribunalis Regni. — p. 460. d. obieranie Sędziów Ziemskiego

2. In actionibus bonorum nullo iure ademptorum, sicut Nobili contra Regem, ita & Regi contra Nobilem, præscriptio non prodest, sed integrum sit cuilibet, bona sua iuris ordine repetere, quibusuis præscriptionibus, processibus, perlucris, & aduitalitatibus nō obstantibus. Eas verò Rex cum Senatoribus & nuncijs in Conuentu cognoscat, ad minus vna die cuiuslibet septimanæ. — Ibid. d. Bona nullo iure recepta.

1588.
(1.) Exdotatio sororum. (2.) Exemptio bonorum obligatorum.

p. 461. §. O po-sażeniu sióstr. 1. Solet parere ambiguitatem exdotatio sororũ morte patris relictarum, non assignata eis dote. Quare dotem sorori per patrem indotatæ, assignent fratres, infra vnum annum post mortem paternam, ex consilio duorum ex linea paterna, duorum ex materna coniunctorum, quam dotem infra vnum annum, post elocationem in matrimonium, eidem reddant: vel sortem bonorum, dotis nomine in possessionem dent. Fratres verò honestam educationem seu prouisionem sororibus dent. Pro quibus omnibus coram officio Capitaneali agi potest.

Ibid. §. O wykupnie dobr zastáwnych. 2. Prouisum est iure actioni exemptionis primum terminum peremptorium fore. Appellationes item quæ in causis redemptionis bonorum obligatorum interueniunt, non expectato proprio Palatinatu, inter causas officij in Iudicijs Tribunalis decidantur. ijs verò quæ sub temqore Tribunalis interponuntur, ter-

minus

1588. (1.) Praescriptio quando non currat, et quae pro haereditate non vindicentur. (2.) inquisitio violentae expulsionis. (3.) Diffidatio.

minus ſex ſeptimanarũ præfigatur. Similis de cauſis expulſionum Cõſt. 1598. fol. [f.703.] 25. ſed iam inter cauſas conſeruatas Conſt. 1611. [f.13.]

Bona dotis nomine obligata, vel ex decreto Iudicij in poſſeſſionem data, ibidem & ea quæ in vim redemtionis inſcripta ſunt, pro hæreditate non vſurpentur, præſcriptione etiam longiſſimi temporis interueniente. ſed ſemper redemptioni obnoxia ſunto. ſimilis Conſt. 1576. inter excepta Mazouiæ. — 1. p.461. §. Na dobrach posągnych.

Statutum anni 1543. de inquiſitionibus violentæ expulſionis reaſſumitur. Herb. fol. 222. Tit. Reſtitucio. Conſt, 1598. fol. 29. & Conſt. 1611. fol. 13. — 2. Ibid. O gwałtownym wybiciu.

Nobilis Nobili ſi diffidauerit, conuictus ad refuſionem damnorum, iuxta iuramentum actoris cum pæna centũ marcarum condemnetur. Is vero qui criminaliter citatus diffidatione quam ante facinus miſit, ſeſe excuſat, eius diffidationis — 3. Ibid. §. O odpowiedzi.

1588.
Nobilis nobilem violenter et privatâ authoritate captivans.

tunc ratio habenda est, si eam idem citatus per Ministerialem & duos Nobiles fecit, eamq; ad acta Castren. loci illius, in quo aduersarius degebat, inscribi personaliter curauit. Post inscriptionem autem eiusmodi diffidationis nihil violenti attentare debet diffidans, ad sex septimanarum decursum: alioquin illum diffidatio, in criminis excusatione non iuuabit, qua in re scrutinia obseruentur.

p. 462. §. O poimániu y więzieniu Szlacheckiē

Nobilis Nobilem violenter captiuans, & in priuato carcere detinens pæna centum viginti marcarum, & sessione turris per annum puniatur, & triplum temporis illius insuper in carcere dedineatur, per quod sibi æqualem ipse detinuit, sub infamiæ pæna: damna quoque iuramento actoris liquidata, refundat, & pro vulneribus si illata sunt satisfaciat. Eas veró actiones Iudicium Terrestre ex scrutinio cognoscat, nihilo tamen minus, ad personæ detentæ

1588.
Duellum.

eliberationem, integrum ſit cuilibet amico vel conſanguineo, itidem & Seruo & Domino, coram Iudicio Caſtren. agere, vbi citatus peremptorié comparere tenebitur. Capitaneus verò decernat eliberationem captiui, citra vllam appellationem, eiuſq; proſequutionem, ſub pæna bannitionis. Inſuper ad eliberandum captiuum, Capitaneus officium ſuum cum Miniſteriali mittat. Idem de Capitaneis cenſendum, vbi quempiam prætextu officij captiuauerint: excepto iureuicto, & recenti crimine. Excipiuntur ab hac lege famuli, fures manifeſti, & Patriæ proditores, qui vbiq; capi poterint. ſimiles Conſt.1568.fol.33. & 1601.f.18 f.786.

Ad duellum ne quis alium prouocet, alioquin prouocatus impuné non pareat, niſi Rex id permittat: ſecus faciens dimidium anni in turri detineatur, & marcas ſexaginta luat: conueniri autem debet Terreſtri Iudicio. f.462. ſ. de duellis.

(1.) Vulnera Nobilium 1588. (2.) Homicidium.

p. 462. O ranach Blacheckich. 1. Vulnera Nobilum in duplo soluantur, id est, sanguineum marcis viginti, liuidum marcis sex, cum pæna Iudicij. Vulnus sanguineum in facie, & amputacio cuiuslibet digiti, marcis triginta: excussio dentis cuiuslibet, marcis viginti. Mutilatio in manu, pede, oculo, naso, soluatur dimidio precij capitis iuxta præsentem Constitut. Vulnus verò ex ictu bombardæ inflictum in duplo solui debet

Præscriptio vulnerum triennalis esto. de vulneribus plebeiorū Const. 1581. & Herb. 304. Tit vulnus.

p. 463 O mężobóy. 2. Pro capite interfecti Nobilis nemo ita componat vt homicida turris sessionem eludat, sed consuanguinei occisi, ad maximum infra duodecim septimanas, homicidij protestationem ad acta Castren. illius loci sub cuius iurisdicione homicidium patratum est fideliter referant, & iure competenti iuxta excessum sine intermissione agant. Quodsi tā

1588.
Occisi capitis solutio, poena.

longé absint, vt ante hoc tempus id facere nequeant, faciant tamẽ mox post primam noticiam.

Solutio capitis, vltra pænam turris. fit in duplo, hoc est, caput gladio vel aliâs manu interfectum, ducentis quadraginta marcis soluatur: ex pixide veró, quadringentis & octoginta. Quam summam homicida successoribus refundat. prius quam é turri exeat. Ibid.

Quodsi in turri moriatur, ex bonis tamen eius hæredibus occasi satisfiat, si veró quis conuictus turrim ad tempus assignatum non subeat, vel inde ante tempus exeat, infamis esto ipso facto; & talis per Capitaneum loci, præmissa vnica citatione, ad iudicium Castren. sine dilationibus & exceptionibus publicetur, & proclaretur, & siue per Capitaneum siue per partem capiatur, & decolletur. bona vero æquiualentia parti tradantur, ad exolutionem vsq; capitis. Idem existimandum est, si quis Ibid.

in

(1.) Compositio cum homicida. (2.) Homicidium in defensa vitae. (3.) Homicidium casuale. 1588.

in causa criminali, ratione insidiosi homicidij, vel alterius cuiusuis criminis decreto Conuentionali, vel Iudicio Castren. in articulis Castren.
1. condemnetur. Quodsi proximior cõsanguineus interfecti, vel cum homicida componat, vel eundem conuincere nolit, id facere poterit quiuis remotior, ex quacunq; linea, & nihilominus tam ille qui concordiam fecit quam homicidia pæna suprascripta puniatur quod remotiores prosequantur. ijs veró deficientibus officiũ Castren. in Iudicio Tribunalis Regni, pro Turri agat, præcedẽte tamen proclamatione officiosa: eadem pæna extendi debet in tutores interfecti concordiam in euntes ita vt si tutores pro capite agere noluerint, conuictio ad annos mino-
2. rennium suspendetur. Statuta tamẽ de homicidijs in defensa vitæ suæ commissis, vbi id ex scrutinio apparuerit, in robore conseruantur Sta-
3. tut. 1496. Alberti: Homicidia quo-

que

1588.
(1.) Scrutinium et (2.) Testes ratione homicidij

que casualia ea sunt, si quis casu for-
tuito interficiat eum, cum quo illi
antea nullæ contentiones, rixæ, vel
odia intercedebant. In Ciuitate ta-
men vel circa domum itidem & in
campo lato, ex pixide interficientem
casus allegatio non iuuabit. Scruti- 1.
nia præmittantur, tam in criminali-
bus, quam in Ciuilibus causis, rati-
one capitis interfecti, & transactio-
nis in terminis primis, post obductū
crimen Terrestribus vel Castren. lo-
ci illius vbi patratum est hoc modo;
actor homicidam ad deducendum
scrutinium citet, terminumq; eidē
duarum septimanarum assignet, vbi
vtraq; pars scrutinia deducat iura-
mento præmisso, quod suos testes
non corrupit, neq; conduxit, te- 2.
stes autem sint fidedigni, & rei
illius optimé gnari Pars quoq; ci-
tata, ad suam citationem non pro-
uocet.

Testes veró â Iudicibus ipsis, non ibid.
per substitutos diligenter examinen-

tur,

1588 Testes ratione homicidij.

tur, examinati, cum non examinatis non coniungantur,

Si quis ex testibus est informatus vel varians notent, quám proximè ad rei veritatem accedant. primo loco oculati testes considerentur: pluralitas eorum præsertim qui sunt auriti non curetur nisi dignam quid considerationē attulerint. Neutra partium plures testes adducat, quam duodecim, ij verò non ex scripto deponant, sed oretenus dicant testimonia. Quicunque ad dicendam veritatem citati fuerint, compareant perēptorié, & vel iurent vel si iurare nolint, sub fide & conscientia veritatem fateantur, Domini quoque subditos suos citati statuant sub centū marcatum pæna, quæ ibidem contra contumacem vel testimonium dicere nolentem, decernatur cum remissione ad loci Capitaneum pro exequutione facienda. Quodsi obijciatur aliquem nos omnes subditos adduxisse, iurent subditi reliqui, ab-

(1.) Testes ratione homicidij. 1588. (2.) Turris qualitas pro homicidis.

ientes in fundo illo non extare, neque citatione præuentos esse.

Idem faciant Ciues dum requisiti fuerint per citationem ab vtra partium, statuent deposituros, qui iurati coram officio vel iudicio testimonium ferent sub pæna suprascripta. Quodsi quis ex alio Palatinatu ad testimonium citatur, ille veró propter itineris longinquitatem venire noluerit, integrum illi erit coram suo Castren. in Prussia verò coram officio Ciuili testimonium suum dicere; talia tamen testimonia nisi oculata sint & nisi citatione præmissa, non valeant. Hæc omnia occluso rotulo partibus tradantur. Turres vbiq; Capitanei reparent, vt æquales sint & vbique duodecim cubitis â fenestra, per quam rei demittuntur profundæ sint, quod fieri debet ante S. Michaelis festum. sub pæna ducentarum marcarum, pro qua Capitanei, coram Tribunali respondeant. Si veró in aliquo districtu turris non est, id

1588.
(1.) Complices homicidij. (2.) poena talionis. (3.) Proc[...] contra impossessionatos.

fieri debet, in turri primariæ Ciuita-
tis illius Terræ.

n. 465. O pomocni[kach] 1. Contra complices in causis crimi-
nalibus scrutinia vtrinq; deducan-
tur sicut & contra principales: vbi ve-
ró constiterit aliquē voluntariè com-
plicem fuisse, eadem pæna qua &
principalis puniri debet, post conui-
ctionem.

ibid. O zdradach ktore się pocżći, wóści dotyczą. 2. Pæna pecuniaria Constitut. Anni
1565. de rebus honorem tangenti-
bus, contra eos qui innocentem ca-
lumniosé citarent, ampliatur ad du-
centas marcas, quæ ibidem decerni
debet, cum sessione turris & refusio-
ne damnorum iuxta eandem Con-
stitut. eo declarato: vt si quis crimē
obiectum iuramento euadat, pænā
talionis super actore non lucretur.

ibid. de impossessionatis. 3. Impossessionatus, posteaquam ei
in Iudicio Castren. satisfactio iniun-
gitur, debet sese vel parata pecunia
eliberare in duabus septimanis vel
fideiussores dare, quod satisfaciet in
sex septimanis: quod nisi fecerit ci-

tan

tari debet ad baniendum: & cum bannitus fuerit capi & detineri debet vsq; ad satisfactionem.

Citatio veró contra illum, vel in Parochia vbi possessionem habuit, 1. Ibid.
vel in qua natus est, poni vel eadem in manus tradi potest. Arrestatos 2.
autem ij tantum ad Castren. Iudicium statuere debent qui in domibus suis arrestatos, in instanti non extradiderint, vel ab eis non recesserint eosue domo sua exturbare noluerint.

Bannitos & proscriptos, Capitanei in Nobilium Curijs non capiant 3. p. 466. §. O ima siu Wywołáni.
inuitis Dominis, qui etiamsi in captionem consenserint, ea tamen citra omne damnum fiat. Quodsi capi bannitum Nobilis non permiserit, debet officium eo nomine protestari & iure tandem agere. In alijs verò omnibus locis, liceat bannitum detinere, & in fundum turris inijcere, donec parti satisfaciat. Quod & ipsi iure uincenti integrum esse debet,

1588.

(1.) Complices. (2.) Minorennes in causâ complicitatis & potioritatis.

qui captum Capitaneo præsentare
1. debet. Porro ij qui bannitos fouent, vel eis consilium & auxilium præbent, ac cum illis in leuipendium iuris communis communicant, ad iudicium Castren. citari, & pæna complicitatis puniri debent: salua euasione citati.

p. 466. §. de minorennibus complicibus.

2. Minorennes, qui iuris alicuius prætextu, bona iureuicti possident, in causa complicitatis, & potioritatis iuris, prouocare ad annos discretioninis non possunt. Quodsi processus obtentus est contra ipsos minorennes, cum specificatione tutoris non autem ex actione parenti viuo instituta, eo casu non minorennibus, sed ipsi tutori, ignorantiæ processus probatio incumbit. Quod nisi fecerit, debet causa super minorennibus, eorumq; bonis obtineri, & exequutioni tradi; saluo beneficio per ignorantiam euadendi, & pro malé obtento agendi minorennibus, dum adoleuerint; reseruato:

Si verò tutor pupillorum nomine ſucceſſioni renunciet, & ſuſpenſione ad annos impetrata, nihilominus per ſe, vel ſubmiſſas perſonas, intromiſſionem in bona impediat, eo caſu is qui impedit, complicitatis nomine in Iudicium Caſtrenſe vocari poteſt.

Si pater debitum contraxit, & ſuper bonis aſſecurauit, quod vel ex præſente pecunia, vel ex prouentibus exolui non poſſet, vadia autem nondum lucrata eſſent; poteſt Tutor ante litem, bona minorennium, in ſumma inſcripta dimittere. Idē faciet, ſi in quocunq; iuris gradu, lís patri inchoata ſtetiſſet. Quod ſané intelligendum eſt de ijs bonis, quæ in minorennium vel Tutorum ſunt poſſeſſione. 1. Ibid.

Sorores & amitæ indotatæ, quæ maritis nupſerunt, ex ijs bonis, quæ fratres vel nepotes debitis onerauerunt, per creditores, iuxta Conſtitutionem eiuſdem anni, dotari de- 2. f. 467. §. 0 Sic, Aracb jure vi, dorum.

1588.
(1.) Virginum provisio. (2.) Domina dotalicialis in causa potioritatis. (3.) deportatio Citationum.

bent; qua in re creditor ad euictorem non prouocet, sed illi saluum ius contra eundem reseruabitur. ijs autem quæ non nupserunt, infra anni decursum post elocationem dotem dent creditores, inscriptis dotibus saluis.

Ibid. 1. Virgo antequam nubat, prouideri debet ex sorte eius, quam prouisionem quiuis possessor non deneget, assignata illi mansione competenti, licebit illi tamen vbi voluerit, ex amicorum consilio manere, prouisione salua.

Ibid. 2. Domina dotalicialis, quæ in bonis iure uictis, priorem habet reformationem, quam ius creditorum, in possessione reformatorum bonorum conseruetur: ea verò si moriatur, hæredes dotalicij exemptioni Creditoris subiacebunt. Idem fiet, si post mariti mortem, ad secundas nuptias conuolauerit, contra dote assecurata nexu cautionis.

p. 467. §. O. Knossenin Cozwois. 3. Si quis super bonis quæ alter pos-

sidet

1588.
(1.) Potioritas ex inscriptione. (2.) Relaxatio & sublatio bannitionis.

fidet, processum continuet possessor pro deportatione citationis iure agat; ante anni & sex septimanarum decursum, nisi quis de processu nesciuerit; quod tamen per iuramentū probandum est. Saluo iure sexus & ætatis, de præscriptionibus sancito.

1. Inscriptionem priorem habens in bonis, præfertur illi, qui posteriorem habet; etiamsi ad posteriorem perlucra accedant, nisi quis triennio possederit; vel nisi alicuius inscriptio, de iure nulla esse cognoscatur. Quare omnes inscriptiones, in alienis actis recognitæ, ad acta Castrensia vel Terrestria loci illius, in quo bona recognoscentis consistunt, siue per vtrius seruitorem referantur: Potioritas autem iuris computari debet, ab eo tempore, quo in foro proprio inscripta est obligatio.

p. 467. §. O wa. znosci zapisow.

2. Bannito, si cū parte iureuincente componat, & quietetur, relaxa-

p. 468. §. O re. lapacyey y znieszieniu bannicyey.

1588.
Beneficium banniti.

tio ex Cancellaria Regia dari debet, quā infra duodecim ſeptimanas poſt quietacionem obtinere debet: interea verò vbiq; ſtandi, & inſcriptiones faciendi locū habebit, iureuictus in qualibet inſtantia, etiam in ipſo bānitionis termino. malé obtentum inferre tenetur, ad ſpecialem malé obtenti actionem non prouocan. quo caſu appellatio ad Tribunal admitti debet

Ibid. Quodſi Tribunal bene obtentum eſſe proceſſum adinuenerit, & iureuictum proſcripſerit, ſublatio ſic proſcripto non dabiiur, habebit tamen poſt bannitionem tempus duodecim ſeptimanarū, atentandā tranſactionem cum iureuicente: ſub quotempore, recognitiones, alienationeſq; bonorum ad compoſitionem illius negotij ſeruientes facere poterit: alioquin niſi rem compoſuerint, Capitaneus ad exequutionem procedat. Quodſi bannitio in contumaciam facta ſit, poterit ban-

nitus,

(1.) Praesentatio pecoris abacti ad forestam Regiam. (2.) Bona Ecclesiastica.

nitus, vocato ad Tribunal Capitaneo, & parte adhærente, & sese liberare, per iuramentum, etiamsi subleuationem non habeat.

Si etiam per sententiam definitiuam, bannitione quis liberetur, ei relaxatio necessaria non erit. Bannitio in contumaciam obtenta si cuipiam obijciatur, probet se de ea nesciuisse, & locum standi habeat: deinde vero nihilominus bannitio, ne se modo suprascripto eliberet, ad id vide Const. anni 1616. fol. 7.

Pro pecore abacto, & per triduum ad forestam Regiam non dato, coram officio, non Iudicio Castren. agendum. A fideiussione verò pecoris, non amplius, quam grossi duodecim, â toto pecore exigantur. Pro damnis verò vt iuris est Terrestri iudicio agatur. Herb. fol. 179. Tit. pecus. 1.

Bona Ecclesiastica tam Romani quam Græci ritus, ne alienentur, & alienationes nihil valeant: quæ in 2.

priuile-

1588.
(1.) Frumenta Nobilium á teloneis libera. (2.) Quarta vete, rum Summarum.

priuilegijs, causas iustas, & conditiones ecclesiæ illi vtiles probabiliter, specificé, & authenticé expressas non habent, & in quas consensus aliquorum interest non accessit. Alioquin bona recuperari semper per successores possunt, quo nomine in Iudicio Terrestri agendum est.

p. 470. §. O mytach na rzekach.

1. Frumenta & aliæ merces sylue-stres, in fundo Nobiliū hæreditario natæ non autem coemptæ, ab omnibus exactionibus & Theloneis, præstito super id per dominos vel eorum factores iuramento, sub pæna quingentarum marcarum, iuxta priores Constitutiones exigenda. Notarij á quietationibus nihil exigant, sub pæna iniqué extorti teloncí, in quocunq; foro exigenda.

Ibid. §. O starych summach.

2. Quarta pars summæ antiquæ, super qua est cui aduitaltas, ita computari debet: vt tota summa in quatuor partes distincta, vna pars remittatur. ita vt quælibet summa, post quatuor aduitalitates extinguatur;

quin-

1588.
(1.) Custodia Quartae. (2.) Moneta peregrina & exotica. (3.) Wolhinia. (4.) Feuda Russiae & Podoliae.

quintus vero possessor ad Thesaurũ respondeat, & Quartam soluat, exceptis possessoribus modernis, qui post Constitutionem eo passu sancitam, quinto loco aduitalitates habent.

Depositum Quartæ diligenter Rauæ conseruetur. 1. r.470. §. Ochowánie Kwárty.

Moneta Sylesica, Brandeburgica, Saxonica, & alia quæuis non æquiualens é Regno tollatur, exceptis solidis Vngaricis, & grossis quintuplicib⁹. Quod animaduertant Ciuitates quæ portus habent sub amissione monetæ, & pæna arbitraria. Moneta Lituanica approbatur. 2. r.471. §. O monecie drobney.

In terra Wolhinen. milites in bonis Nobilium & Spiritualium stationes nullas habeant, sed neq; poduodas exigant, ex foro viuant. Fluuij publici & præsertim Bug nullis aggeribus impediantur. Saluis ostijs in obstaculis. 3. r.475. §. Potwierdzenie praw.

Feuda terrarum Russiæ & Podoliæ ante statutum Alexandri concessa, 4. r.477. §. Feudá Ruskie.

1588. (1.) Telonea per Podlachiam abrogata. (2.) Citationes contra Nobilitatem Podlachiae ad producenda iura editae.

ſa pro perpetuis donationibus cenſentur.

Caſtrum Ciechanouien. perpetuum. vbi ab inſcriptione ſeſquimedius groſſus, ab extracta duo groſſi recipiantur.

Terris Nuren. Oſtrouien. & Camienecen. Succamerarius deſignatur.

Acta Caſtren. Wiſnen. approbantur.

p. 479. §. Myt Podlaskich zniesienie.

1. Telonea omnia per Podlachiam abrogantur, ea nemo amplius impetret ſub pœna mille marcarum peremptorié in quouis foro luenda. Mercatores tamen more antiquo in Cameris Regijs Telonea ſoluant.

Ibid. §. podniesienia podwow.

2. Citationes, contra nobilitatem Podlachiæ, ad producenda iura editæ abrogantur. Priuilegium eius terræ incorporatæ Regno approbatur, & ita declaratur, quod nullus ad oſtendendum iura, ſuper bona ſua hæreditaria teneatur, excepto eo, ſi quis poſt priuilegium incor-

porati

1588. (1.) Nobilitas Podlachiæ. (2.) Stationes militum. (3.) Præscriptio et fatalia. (4.) Citationes reviuificatoriæ.

porationis, ex bonis Regalibus aliquid vsurpauerit, vel apud Reges impetrauerit. V. C. 1566. p. 125. §. listy lwa Swidrygała.

Ad iurisdictionem & alias angarias Nobilitas illa nō cogatur Quod si instigator, ex cuiuspiam delatione, Nobilem pro hæreditatijs bonis citauerit, vel si quis bona hæreditaria pro Regalibus impetrârit, delator pæna mille marcarum in Tribunali punìatur, & donatio illa Nobili obesse non debet, etiamsi aliqua decreta vel iuris processus, siue in contumaciā siue ex controuersia partium intercesserit. 1. Ibid.

Milites in bonis Nobilium, & spiritualium statiònes non habeant, & ex foro viuant. 2. p. 489. §. O żołnierzach.

Præscriptio & fatalia sub interregno non currunt. sic Const. 1576. fol. 162. & 1589. fol. 32. 3. Ibid. §. de præscriptione.

Post mortem Regis aut Iudicis alicuius reuificatoria citatio non est necessaria. Tantum vbi quis ex litigantibus moriatur. vżt intra annum & septimanas sex reuificandum. 4. p. 481. §. O przypozwiech.

(1.) Accessoria, et ab ijs appellatio. (2.) prosecutio motionis in accessorio. (3.) Arresta condemnationum.

p. 481. §. de accessorijs. 1. A decretis in accessorio latis, citati soluant, etiamsi contra illos decernatur. Appellationes quoq; in accessorijs, quæ tantum terminum aut citationem tangunt, iuxta Constit. 1557. fol. 6. non admittantur, nisi tale sit quod amissionem causæ importet. Iudex verò ratione præmissorum, pro damnis ex officio non citetur, sub pæna duplici quatuordecim marcarum, nisi ad prosequendam appellationem.

Ibid. §. prosecutio motionis in accessorio. 2. Appellans in accessorio, iam reuocare appellationem non potest, sed eam prosequi coram Tribunali, ibidemq; in principali procedere tenetur. Dilationes in termino motionis nullæ concedantur, excepta veræ infirmitatis in actione personali, si ea pars non dum vsa est, quæ tamen non nisi ad septimanas duas concedatur, cui ibidem satisfieri debet, cum vlteriori causæ processu, et am extra palatinatum.

p. 482. §. Arresty u Sądow. 3. Arresta condemnationum in quo

Dilatio visionis posthac non detur in simplicibus in-
juriis et proprii laboris, sed tantum in causis haereditaa-
riis seu fundum tangentibus, circa quas eadem securitas
sit, quae est judicii, nec majori comitatu, quam decem ho-
minibus ad eam eant, sub poena duplici quatuordecim
Marcarum. Dilatio quoque ad monimenta simplicia in
causis simplicium injuriarum, et caedis atque sanguinis jux-
ta jura non datur, sed tantum ad monimenta specifica-
ta causam perimentia.

r. 481. §. O
Dilacyách.

1588.
(1.) Terminorum Terrestrium tempora. (2.) Libertates et Prærogativæ quarundam Civitatum. (3.) Malè obtentum in causâ telonei iniquè extorti.

uis iudicio eadem die ad vigesimam tertiam currunt, excepta die continuati Iudicij. á quo árresto duntaxat grossus petatur.

Terminorum Terrestrium tempora hic in Palatinatibus & districtibus præfixa. postmodum secus assignata. Constit. 1589. & 1590. & 1598 & 1601. & 1611. 1. p. 482. seqq.

Ciuitates Cracouien. Posnanien. & Leopolien. á pod vodarum oneribus liberantur. ad id Const. 1589. & 1601. Constitutioni 1581. de Ciuibus Cracouien. & Posnanien. in Magistratu Ciuili existentibus, quod pro iniurijs agant tanquam Nobiles, asscribantur quoque Leopolien. & Warssouiensis. 2. p. 487. §. O libertacya od Podwod. p. 488. §. Postownanie w prawie.

Pro malé obtento processu, in causis per Ciues in Iudicio Tribunalis Regni, occasione Teloneorum inique exactorum institutis, non agatur, nisi in Iudicio Tribunalis: citationes verò post Curiam contra Ciues editæ, exequutionem non 3. ibid. §. Spraw Mieyskich.

 impe-

1588. (1.) Violatores portarum. (2.) Posnania. (3.) Pondera et mensurae. (4.) Mensurae salis in zuppis Russiae. (5.) Kmethonis fugitivi aestimatio.

impediant, quia decreta Tribunalicia in toto ſunt irrefragabilia.

p. 488. §. Gwałcenie bron Mieyskych. 1. Contra violatores portarum in Ciuitatibus iuxta ſtatutum Torunenſe procedatur. Herb. fol. 519. Tit. viol.

Ibid. §. Skład Poznański. 2. Emporium Ciuitatis Poſnanienſis approbatur.

Ciues Poſnanienſes de exactione decennali, in reparationem Ciuitatis conceſſa, coram Commiſſarijs rationem faciant, Ciuitatiſq; munitiones reparent. ad id Conſt. 1598 & 1613.

Pag. 489. §. Miara. 3. Conſtitutioni anni 1565. ſatisfiat, menſuræ, vaſa, vlnæ, pondera ſint æqualia in Palatinatibus.

Ibid. §. Miara soli Ruskiey. 4. Menſura ſalis, in Zuppis Ruſſiæ, antiqua obſeruetur, neq; Nobiles angarijs perturbentur, alioquin Zupparius pænam centum marcarum luat, Iudicio Terreſtri peremptorie exigendam.

Ibid. §. Szacunek poddanych zbiegłych. 5. Cmetones fugitiui, cum vxoribus, liberis, & omni ſupellectili, vl-

tra

1588.
(1.) Homicidium famuli plebeji. (2.) validi mendici, vagi et otiosi. (3.) Iudaei.

tra quingentas marcas non æstimentur, sub pæna nnllitatis totius actus; extradi autem debent post definitiuam sententiam, in officio Castrensi proprij districtus. Palatinatu Belzensi iuxta antiquam consuetudinem permanente.

Famulus plebeius si occidatur, cuius propinqui nescirentur, potest dominus pro capite agere, deficiente veró domino, hæredes domini actionem continuent, ne homicidia maneant impunita. 1. p. 489. §. de homicidio plebeji.

Statuta Ioannis Alberti, de validis mendicantibus, Petric. 1496. Augusti Petric. 1562 de vagis & ociosis capiendis exequutioni dentur, sub pena centum marcarum, tam contra Capitaneum, quam in officium Ciuile extendenda. 2. Ibid. §. Zebracy.

Iudæi victualia, & merces non intercipiant, neq; in suburbijs coëmant, exceptis nundinis, sub amissione merciũ & victualium, dum id probetur. & Cõst. 1562. & 1565. & 1567. 3. p. 490. §. Zydowie.

1589. Prussia Palatinatus ad Tribunal Regni accedunt.

Reliquorum negotiorum recessus ad proxima Comitia.

CONSTITVTIONES Conuentus Generalis, Anno Domini 1589.

TRansactio cum Austriacis Archiducibus facta approbatur.

Controuersia, quæ Polonis cum Lithuanis de Terris Liuoniæ intercedebat, tandem transacta.

1. 514. §. przy- stapienie do Tribunału.

Palatinatus Prussiæ sponte ad Iudicia Tribunalis Regni accesserunt, ita vt illis integrum sit, vel perpetuo ad Tribunal pertinere; vel ad Regia Iudicia redire.

Ibid. §. Obyedzay sądzenia.

Itaq; causæ Terrarum Prussiæ, Petricouiæ, in Iudicijs Tribunalis audiantur, ad quæ Iudicia, ex singulis Palatinatibus, duo Iudices deputentur: qui hoc idem iuramentum præstabunt, quod reliqui Iudices Tribunalis præstare solent; vbi

Prußiæ Palatinatus ad Tribunal Regni accedunt. 1589

omnes causæ, ex quibuscunq; terminis inciden. audiantur, & iuxta ius & consuetudines Prussiæ iudicentur: exceptis causis mere criminalibus, fisci, exemptonis bonorum Regalium, Ciuitaten. & alijs in Constitutione anni 1578. expressis. videre autem Iudices debent, vt quam proxime ad iura & consuetudines Prussiæ accedant: in omnibus tamen actionibus, instar Tribunalis Regni, maior pars concludat.

Spiritualium, ex Prussia causæ, ita iudicentur, sicut in Tribunali Regni iudicari solent, ad quæ duo deputati spirituales ex Prussia admittantur: ita tamen vt tam ex Regni quam Prussiæ Deputatis, sex tantum sententias dicant. f. 514. §. Sądzenie spraw Duchownych.

Salaria Iudices ex Prussia deputati eadam quæ nostri habeant. f. 515. §. Salaria Deputatow

Tempus electionis Iudicum ad hæc Iudicia, feria secunda post Natiuitatis B. Mariæ Virginis. Locus Ibid. Czas y mieysce.

1589. (1.) Ministeriales Prussiae. (2.) Palatini Prussiae. (3.) Exteri bona terrestria in Prussia ementes aut iure obligatorio possidentes.

Palatinatuum Culmenſis, Radzini: Marienburgen. Sztumæ; Pomeraniæ, Starogardiæ: qui electionis Conuentus, eiſdem legibus aſſecurati ſint quibus Conuentus Regni gaudent

p. 515. §. Bespieczenstwo Wostrych

1. Miniſteriales in Pruſſia ita ſint ſecuri, vt in Regno.

Ibid. §. Correctura prawo Pruskiego

Correctionem iurium ſuorum liberam habeant Prutheni, quam in rem conuenire debent Graudenti.

Ibid. §. Osiadłość Woiewodow Pruskich

2. Palatini in Pruſſia poſſeſſionati eſſe debent, quilibet in ſuo Palatinatu.

Ibid. §. O Cudzoziemcach.

3. Extranei homines, & tranſmarini, qui bona Terreſtria in Pruſſia, ſiue obligatorio iure poſſident: ea ante triennium vendant, ſub amiſſione bonorum. Si veró quis extraneus inpoſterum idipſum audeat, in inſtanti & bona & pecuniam amittat, quæ Teſauro Regni applicabuntur: eo nomine cuilibet in Tribunali agere licebit peremptorie, inter cauſas officij.

Cauſæ

Ad prosequendas causas Prutenicas in Tribu-
nali, nullis adcitationibus opus est.

(1.) Causae ex officio Prussiae. (2.) nobilis ementitus. 1589.
(3.) Positio Actorum Terrestrium.

Causæ ex officio Prussiæ, in Tribunali, eodem modo audiantur, quo in Tribunali Regni. 1.

Iudicia vltimæ instantiæ Tribunalis, Palatinatibus Wolhinen. & Braczlauiensis ab omnibus obseruentur.

Si quis Nobilem se asserat; nec sit, 2. Bona sua omnia amittat, quorum dimidia pars ad prouentus Quartæ partis, altera ad delatorem pertineat. Huic verò actioni forum in Tribunali, inter causas officij. Impossessionatus veró conuictus in Turri sedeat, per dimidium annum, saluo iure eorum, qui legittime creati sunt. Is autem, qui hoc nomine aliquem criminatus fuerit, pœnis Statutorum subiaceat, de quibus ibidem cognitio fiat, vbi causa instituta est. Quæ quomodo deducatur vide Constit. anni 1601.

Circa positionẽ actorũ Terrestrium officialistæ iuramenta sua nõ absoluent, nisi in terminis Terrestribus. 3.

Acta.

p. 515. §. Causae co. Vrra Officiales.
Ibid. §. Sądy Wołyńskie.
p. 517. §. O szlachectwie.
Ibid. §. Leżenia Ksiąg.

1589.
(1.) Quietationes coram Actis Castren. recognitae. (2.) Ordo districtuum Mazoviae et Ravae in Tribunali judicandorum.

p. 517. §. Akta Grodskie Krakowskie.

Acta Castrensia Cracouien. perpetua sunto, quorum Notarij iurati & possessionati esse debent.

p. 518. §. Dawanie spraw

Nuncij Terrestres ex praeterito Conuentu rationem gestorum suorum explicabunt, coram Nobilitate circa Electionem Deputatorum Tribunalis.

p. 519. §. Kwity Grodskie.

1. Quietationes coram actis Castrensibus, quarumuis inscriptionum & rerum, nullis exceptis, in eo robore, atq; coram actis Terrestribus recognitae, fieri debent.

Ibid. §. Porządek sądzenia Mazowieckich.

2. Appellationes Terrarum Masouiae, in Tribunali per districtus audiantur, hoc ordine: Primum terrae Cernen. deinde Warsauien. Wisnen. Wissogrodien. Zakrocimen. Ciechanouien. Lomzen. Rozanen. Liuen. Nuren. quae omnes ex ordine regestri proponantur, & eodem solario quod Lublini accipitur, vtantur: temere appellans parti appellatae paenam kocz iuxta cousuetudines Regni luat. Palatinatus quoq;

(1.) Termini Terrae Liuens. (2.) Iudicia Castren. Wisso-grodien. (3.) Mercatorum in itinere securitas. 1589.

Rauen. per districtus iudicetur, cum adiudicatione pænarũ vt in Regno.

In terra Liuensi, si propter aliquod legale impedimentum termini non celebrentur, Iudex cum Subiudice, alios in eum locum quatuor septimanis ante publicet, & proclamari faciat. 1. c. 520. §. Przywołanie Roków Liwskiey ziemie.

Iudicia & querelæ Castren. Wissogrodien. iudicentur more solito, sub pæna in Constitut. expressa, excepto legali impedimento. 2. §. Roki Grodzkie Wyssogrodzkie.

Mercatori siue suo, siue externo, si quis merces vi receperit, Teloneumue iniustum ab eo extorserit, citari potest ad quodcunq; officium, tanquam in causa iniusti Telonei, vbi citatus in primo termino, coram quocunq; officio Capitaneali comparere, & pænam de Teloneis in statutis descriptam reponere, Teloneumq; exactum restituere; quod si merces interceptæ sunt, eas reddere tenebitur, cum pæna ducentarum marcarum, toties quoties ci- 3. Ibid. §. Bespieczenstwo kupieckich drog.

tatus

(1.) Zuppa Bidgostien. 1589 & Dibovien. (2.) Warta fl. (3.) Wieprz fl. (4.) Wislok fl. (5.) Pilca fl. (6.) Termini Terrestres Posnanienses.

tatus fuerit, nec recepta restituerit.

p. 522. §. Skład Soli Ruskiey.

1. Hæc de Zuppa Bidgostiensi, tum Dibouiensi. & Dobrzinensi iuxta Constitutionem anni 1576. de ea facit Const. 1598. fol. 10. & Const. 1601. fol. 47. & 1609. fol. 25.

p. 523. §. Rzeka Warta.

2. Fluuius Warta, iuxta priora statuta, vt sit nauigabilis prouideatur. vide ad id Const. 1557. fol. 7. & 1565. fol. 22. & 1598. fol. 13. & 1611. fol. 32. & 1613 fol 8.

ibid. §. Rzeka Wieprz.

3. In Fluuio Wieprz aggeres remoueantur sub pæna 500. marcarum officio Castrensi repetenda.

p. 524. §. Rzeka Wisłok.

4. Fluuius Wislok sit nauigabilis, ab ipsis limitibus villæ staromiescie, obstaculisq; omnibus liberetur.

ibid. §. Województwo Sieradzkie pozwala

5. Ad expurgandum fluuium Pilca, Palatinatus Siradien. consentit, saluis Constitutionibus, de transitu per obstacula.

p. 525. §. Roki Poznańskie.

6. Termini Terrestres Posnanienses, qui ante ipsum Conuentum electionis Iudicium Tribunalis Regni celebrari solebant, non intermittan-

tur.

(1.)

tur.
ses n
T
offic
miti
duas
simi.
larei
Con
P
gno
salu:
sanc
B
Chri
num
IEsv
lis ac
tion.
bera
cis a
Iu
nitir
tur,
ne n

1589.
(1.) Iudicia Terrie et Castren. post Comitia. (2.) praescriptio et fatalia sub interregno. (3.) Iuridici Capitaneatus et arces finitimae.

tur. Loiq; Costenses & Wschouenses more antiquo sequantur.

Termini Terrestres, querelæ seu officij, iudicia Capitanealia post Comitia citeriori tempore, nisi post duas septimanas, non celebrentur. similiter ante Conuentum particularem vna ante septimana desistant. Constit. 1590. 1. — p.525. §. Sądy Ziemskie y Grodzkie.

Præscriptio & fatalia sub interregno ad biennium fuit prorogata, salua Constitutone ea de re ante sancita, anni 1588. & 1576. 2. — p.526. §. Praescriptio sub interregno.

Bona hæreditaria per Nicolaum Christophorum Radziuil Castellanum Trocen. Collegio Societatis IEsv Niesuiezensi collata, cum villis ad id pertinentibus, â contributionibus, & stationibus militum liberantur, & libertatibus Ecclesiasticis asscribuntur. — p.529. §. Wolności Collegium Nieświeskiego.

Iuridici Capitaneatus, & arces finitimæ minorennibus nõ conferantur, sed tantum viris de Repub. bene meritis. 3. — ibid. §. Starostwa sądowe.

(1) Causæ criminales Comitiales Lituanicæ. (2.) Infames et proscripti in Livonia. 1589.

p. 529. §. Criminalia Litewskie.

1. In Comitijs, vna die, singulis hebdomadis, quæ erit dies Martis, Causæ criminales Comitiales Lituanicæ audiantur.

ibid. §. Infames et proscripti.

2. Infames, proscripti, & banniti legittime condemnati, sicut Polonici in Lituania, ita & Lituanici in Polonia, locum non habeant, imo officia exequutiones in illos extendant, exceptis causis in deliberatione pendentibus.

p. 534. §. Przemysl od podwod wolny.

Ciuitas præmisliensis adæquatur Ciuitatibus, Cracouien. Posnanien. & Leopolien. tam in prosequendis iniurijs hominibus in officio Constitutis, illatis, quam in libertate a poduodis.

Ciuitas antiqua Warssouiensis Poduodis liberatur.

ibid. §. Incorporácia Woytostwo w Krosnie.

Crosno æquiparatur alijs Ciuitatibus, quoad prosequendas iniurias, personarum in officio Constitutarum.

p. 535. §. Incorporacya Woytostw Miastom niektorym.

Aduocatiæ, Lublinensis, Lancicienſis, Wſchowenſis, & Sredensis eiſdem

(1.) Molendina Posnaniensia. (2.) Confirmatio iurium Civitatum. 1589.

eiſdem Ciuitatibus incorporantur, ita tamen vt prouentus earum, in vſus publicos Ciuitatum conuertantur, ſaluó ſeruitio bellico.

Molendina Poſnanien. Ciuitati conferuntur, ita vt ex ijs Regi ſingulis annis, tritici quinq; maldratæ, ſiliginis verò viginti duæ, ad arcem Poſnanien. pendantur, habita ratione legalium impedimentorum, & caſuum fortuitorum. Quatta ex eis molendinis non ſoluetur, ſiquidem antea ſoluta non eſt. 1. p. 535. §. Młyny Poznańskie.

Ciuitati Zakroczymenſi, pro reparatione catarractæ ſex banci ſalis, ſingulis annis, ex Camera Regia aſſignantur. p. 536. §. Miasto Zakroczym

Iura Ciuitatum confirmantur, ita prout in Coronatione 1588. ſunt confirmata. 2. Ibid. §. de iuribus Regiarum Civitatum.

Iudicia vltimæ inſtantiæ Tribunalis, Palatinatibus Wolhinen. & Braclauien. conceſſa, ab omnibus obſeruentur, de quibus ibidem ſpecialiter eſt diſpoſitum. p. 537. sqq.

(1.) Electio Archi-Ducis 1590. Maximiliani cassata. (2.) Iudicia Terria & Castrens ante Comitia.

p. 545. seqq.

Eodem in Conuentu Contributio publica laudata.

CONSTITVTIONES
Conuentus Generalis Warssowien. A. D. 1590.

SERENISSIMO SIGISMVNDO III. Rege.

p. 562. §. Vbespieczenie Rzeczypospolitey.

1. Electio Archiducis Maximiliani, tanqaam non suo ordine ac illegittime facta abrogatur: tum & processus iuris contra adhærentes eius obtenti tolluntur.

p. 563. §. Deputaty do Rady woienney.

Ibidem deputati ad consilia bellica assignantur.

p. 565. §. Assecuratya strony pieniędzy.

Pro necessitate Reipub. acquirenda pecunia assecuratur.

p. 579. §. Sadzenie rokow.

2. Termini quicunq; Terrestres, Capitaneales, querelarum, ante Conuentum vna septima ne celebrentur, secus nullius valoris forent, excepta positione actorum Terrestrium,

in

1590.
(1.) Acta Castren. Sendomirien. (2.) Termini Terres. Lubli-nen. (3.) Causae criminales Comitiales Mazoviae.

in qua exemptionum causæ tantum iudicabuntur, etiam sub celebratione Conuentus Generalis, & particularis. similiter post Comitia duabus vsque post septimanis Constit. 1589. & 1613.

Acta Castrensia in Palatinatu Sandomiriensi perpetua sunto. & eorum Notarij sint iurati & possionati. 1

p. 580. §. Grody wieczne Sendomierskie.

Terminos Terrestres Lublinenses, si quis temere impetiuerit, citatur ad Tribunal, tam ad instantiam Iudicij, quam ad instantiam cuiuslibet, iniuriam exinde passi, inter causas officij, iuxta qualitatem & quantitatem excessus, iudicari debet. 2.

p. 581. §. Roki Ziemskie Lubelskie.

In causis criminalibus ex Palatinatu Mazouiæ, sub Comitijs iudicandis, pæna contumatiæ terminum peremptorium præcedat, non obstante excepta. 3.

Ibid. §. De termino in causis criminalib.

Acta Castrensia in Zakroczym, Liw, & Zembrow, sint perpetua, eorum Vicecapitanei, & Vicenota-

Ibid. §. Grody wieczne powiatow Mazowieckich

1590.
(1.) Termini Castrens. Warsaviens. (2.) Termini Terres. Wissogrodiens. (3.) Processus executionis rei judicatae in Palatinatibus Kioviensi, Wolhinens. et Braczlaviens.

rij, iurati & possessionati esse debent, sub pœna centum marcarum.

p. 581. §. Roki grodzkie Warszawskie.

1. Termini Castren. Warssouienses, ob absentiam Notarij, sub terminis Terrestribus non celebrentur.

p. 582. §. Roki ziemskie Wyszogrodskie.

2. Termini Terrestres Wissogrodien. ex regestro iuxta Parochias iudicentur.

p. 583. §. Deklarowanie Artykułu około.

3. Processus exequutionis rei iudicatæ, in Palatinatibus Kiouiensi, Wolhinen. & Braczlauien. ita declaratur, vt post sententiam latam Ministerialis cum duobus Nobilibus ad intromittendũ mittatur. Quam intromissionem si pars inpugnauerit, non est opus vt pro vadio ad officium Castrense citetur; sed Iudex cum Subiudice vel Notario, acceptis duobus Ministerialibus, & Nobilibus possessionatis, cura actoris conducendis; In causis verò exequutionis decretorum Regiorum, vel Commissarialium, Capitaneus aut Iudex Castrensis, adiuncto sibi Ministeriali cum Nobilibus, ad exe-

(1.) Praepositura S. Floriani. 1591. (2.) Ius emigrationis.

quutionem iuxta præſcriptum Conſtitutionis Tribunalis procedant.

Ad diſlimitandas terras Palatinatuum Wolhinen. & Braczlauien. deputantur certi commiſſarij.

Præpoſitura, eiuſq; Iuſpatronatus Sancti Floriani vniuerſitati Academiæ Cracouienſis incorporatur. 1.

Mercatores externi, eorumq; ſucceſſores, ſi bona in Regno acquiſita extra Regnum efferant, decimam partem relinquant in Ciuitatibus Cracouienſi, Poſnanienſi, Leopolienſi, & Wilnenſi. V. Conſt. 1565. pag. 97. 2.

Eo in Conuentu Contributio Capitalis laudata fuit. ſed ſublata Conſtit. 1591.

CONSTITVTIONES

Conuentus Generalis Warſſouien. A. D. 1591.

SOlutio retenti ſtipendij militaris promittitur & aſſecuratur.

(1.) Comitia. (2.) Currus bellici. (3.) Conventus particulares post-Comitiales. 1591

Disciplina militaris ibidem est constituta.

1. Inchoatio Comitiorum á die in literis Comitialibus destinato, ad eundem diem, elapsis sex septimanis, duraturorum, est computanda. Enimueró in diem Dominicum aut festum solenne inchoatio Comitiorum abhinc non designabitur.

2. Currus bellicos cum equis & victualibus Rotmagistri omnibus á quibus recepti sunt restituant, sub pæna centum marcarum coram Iudicio Tribunalis Regni exigenda

3. Conuentus particulares in locis consuetis, octo septimanis post peracta Comitia designantur, propter rationem per nuncios Nobilitati exponendam, exactores eligendos, ac dispensatores. Quæ conuentiones securitate publica sunt munitæ, pro hac vice.

Constitutiones anni superioris. puta contributio in capita, & in laneos. Assecuratio ducum, disciplina

Sigismundus III. in Sueciam 1593. discessurus certas leges condit.

militaris, prouisores deputati ad consilium bellicum, prouisio Cracouiæ & Lubowla, assecuratio prouisorum, lex de seruis, æstimatio victualium, prouisio arcium & munitionum, rationes exactorum & dispensatorum, eorumq; assecuratio. Exemptio á iudicijs. Lex de milite pedite ex bonis Regalibus seligendo. Consiliarij bellici, tanquam temporaneæ, & necessitate imminentis periculi expressæ, abrogantur, tam in Regno, quam in Ducatu Lithuaniæ.

CONSTITVTIONES

Conuentus Generalis Warssouien. A.D. 1593.

SErenissimus REX SIGISMVNDVS III. in Sueciam Regnum suum hæreditariū discessurus, in his Comitijs bonum in Regno Poloniæ prouidere regimen, ad idq; retinendū

1593. Servi vagi & subditi a Dominis profugi, servitium annuum in certo loco non habentes.

p. 635. seqq.

certas leges vzt, contra factiosos, de nuncijs externis excipiendis, Iudicij; tumultibus de publica expeditione, de auxilijs Quartensibus, defensa Ciuitatum & arcium disciplina militari, promulgari fecit, quæ quoniam tantum duraturo discessu Regio valere debebant, obidq; ad forum controuersum minus pertineant, supersedere ab eis est visum.

Serui vagi & subditi, á Dominis profugi, vtriusq; sexus, qui annuum seruitium in certo loco non habent, per Capitaneos eorumq; vicesgerentes, nec minus per Magistratus Ciuitatum & villarum, capiantur, compedibusq; iniectis, ad labores cogantur, donec dominus de eis noticiam habuerit, cui extradi debent, duodecim grossis pro contentatione receptis. Hospites in Ciuitatibus aduenas denuncient Magistratibus. Negligentes officiales pæna duplicis 14. marcarum puniantur, apud officium Castren. repetenda. Hæc

consti-

(1.) Peresudi, koce. (2.) Declaratio [1593.] (1578. de non coëmen. do vino in Ungaria. (3.) Termini Terres Mazoviæ.

Constitutio nonnisi Palatinatus Posnaniensem, & Callissien. afficiant. Quam receptarunt Palatinatus Lancicien. Siradien. Plocen. Mazouiæ, Constit. anni 1601. f. 736.

Mulctæ & pœnæ iudiciales, perosudi & koce dictæ, in causis Palatinatuum Kiouien. Wolhinen. & Braczlauien. abrogantur, sed tantum pro decreto apud Tribunal Sexagena Lituanica, & pro temeraria appellatione duæ sexagenæ Iudicio numerari debent. 1. p. 644. §. O Kocach, peresu-dach.

Constitutio anni 1578. de non coëmendo vino in Vngaria non debet concernere vina Eidembergen. Austriaca, S. Georgij, & alia, quæ libere cuilibet emere etiam extra Regnum liceat. 2. p. 645. §. Owina Endembursk-kie.

Palatinatus Mazouiæ Terra Ciechauouien. Lomzen. & Rozanen. Constitutionem anni 1569. nonnullis Palatinatibus Maioris Poloniæ, ratione terminorum terrestrium propter legalia impedimenta tem- 3. Ibid. §. Roki Ziemskie Ziem Mazowieckich.

pore

(1.) Episcopus Wendens. (2.) Officialista Terrae Mazoviae. 1593.

pore stato non celebratorum, & in aliud tempus transponendorum acceptauerunt, ita vt Iudicium Terrestre teneantur alios terminos quatuor septimanis ante eorum celebrationem publicare, publicationemque in actu Castren. inscribere: eosdem sic publicatos iudicare toties, quot tempora eorum in Constitut. sunt assignata.

p. 646. §. Grodziecdny Socha-czewski. Acta Castrensia Sochaczouien. sint perpetua, iuxta consuetudines Maioris Poloniæ.

p. 647. Podkomorstwo Czerskie. Succamerarius Czerscen. eiusq; iurisdictio in omnibus prærogatiuis cum alijs Succamerarijs in Regno æquiparatur.

Ibid. §. Mieysce w Radzie. 1. Episcopus Wendensis locum in Senatu sortitur.

p. 648. §. Oprzysięgi Urzędników. 2. Officialistæ Terrestres Terrarum Mazouiæ in absentia Palatini vel Castellani possunt sua iuramenta præstare, coram officialibus & Nobilitate illius Terræ in terminis Terrestribus.

Castrum

(1) Castrum Kamienicen. 1595. et 1596. (2) Approbatio Privilegii Civitatis Niesswiess.

Castrum in Kamieniec instituitur, in quo Iudicia Castrensia, vt in Nur, & Ostrouie officium Castren. Nuren. iudicet. Capitanealia vero Iudicia adminus quater in anno idem Capitaneus expediat. 1. p. 648. §. Grod Kamieniecki.

CONSTITVTIONES
Anni 1595.

QVæ de Conuentu Warssouien. proximе futuro tum de peditibus selectis Magni Ducatus Lituaniæ disponunt. vbi & Priuilegium Ciuitati Niesswiesz datum approbatur. p. 663. §. Obwar. W. X. 2. ibid. §. Approbacya Przywileiu.

Contributio publica laudata. Cracouiæ 22 Martij. p. 664. seqq.

CONSTITVTIONES
Conuentus Generalis Warssouien. A. D. 1596.

VBi primum de Regni defensione fuit tractatum, dein. p. 679. §. Obbronie.

Greg: Czarad N Telo-

(1.) Telonea eorumq instructiones. (2.) Seruum plebe-jum sine literis testimonialibus suscipiens.

p. 682. §. O cleb. 1. Thelonea vltra instructiones manu Regia subscriptas, non exigantur. Instructiones Regiæ in Cameris publicè affigantur.

Ibid. Qui in Camera principali Teloneum soluit, ad solutionem eius in alijs Cameris, producta quietatione, non adigatur.

Ibid. Vltra instructiones Telonea exigentes, coram quocunq; Iudicio & officio peremptoriè respondeant, processu impossessionatorum conueniantur, & pænas prioribus Constitutionibus sancitas luant. Theloneum aquaticum apud Novvodvvor, Fordan, Dybovv, Stawek, & Torunium, circa contributionem laudatum, nonnisi ad vnius anni decursum, á die qua exigi cæpit, exigatur. Pro impedimentis eiusdem Telonei citati absoluuntur.

p. 684. §. O Stu. bach zbiegłych Plebejic. 2. Constitutio anni 1578. de profugis seruis plebeis ampliatur, statuiturq; vt seruum plebeium suscipiens absq; literis testimonialibus, pæna

centum

centum marcarum puniatur, in officio Castrensi repetenda.

De terminis Terrestribus Palatinatuum Bresten. & Iunivvladislavvien. abrogatis omnibus Constitutionibus sola anni 1588. quoad tempora Iudicijs assignata in robore conseruatur: cum ea declaratione, quodsi quando iudicia in districtibus primarijs, puta Bresten. & Iunivvladislavvien. non celebrabuntur, neq; in alijs minoribus celebrentur.

Conuentus particularis in Terra Dobrynen. super eligendo deputato Iudice ad Tribunal, eo die quo in alijs palatinatibus celebretur.

De tumultibus Constitutio anni 1593. reassumitur quæ Const. 1598. perpetuatur.

CONSTITVTIONES

Conuentus Generalis Warssowien. A. D. 1598.

1598.
(1.) Confirmatio et reassumptio quarundam Const. (2.) Tumultg. (3.) Telonea.

p. 687. §. Reassumptia y declaratia niektorych Constitucij przeszłych.

1. CONstitutiones Anni 1593. quæ perpetuæ sunt, in robore conseruantur. Temporaneæ autem, propter Regium discessum sancitæ, reassumuntur, & prorogantur ad reditum Regis, Presertim Constitutiones de Iudicijs, de expeditione bellica, de exemptis á iudicijs, & de prouisione arcium Cracouien. Lublouien. & Camenecen. Ad Legem de Iudicijs id additur, vt illi quoq; qui post decessum tenutarij, bona Regalia ad manus Thesaurij Regni non deoccupauerint, in Iudicio Tribunalis Regni, inter causas officij conueniantur.

Ibid.

2. Lex quoq; de Tumultibus, per omnia approbatur, cùm ea declaratione, quod pro tumultu censeri debet, si quis alium violenter inuaserit, occiderit, vulnerauerit, vim mulieri intulerit, in domum, Curiam vel hospitium alicuius in Ciuitate irruerit. Quæ declaratio Ducatum Lithuaniæ non afficiat.

p. 688. §. Mło... [Miedzy?] Cel Koronnych.

3. Telonea iuxta instructiones Re-

(1.) Aurei Ungaricales & Thaleri. (2.) Moneta cusio. 1598.

gias Cracouiæ Anno 1596. Typis excuſas, & in Conuentu correctas exigantur. Inſtructiones denuo recudantur, & in Cameris in tabulis appendantur, ſub pæna 100. marcarum in Tribunali repetenda.

Aurei vngaricales boni nonniſi groſſis quinquaginta octo. Taleri vero itidem boni, nonniſi groſſis triginta ſex, accipiantur & tradantur, neq; valor eorum eleuetur, ſub amiſſione pecuniæ, & mercium per Capitaneos pro Theſauro Regio cōfiſcandarum. Aurei vero & Taleri ſuſpecti tum & minutior pecunia, nonniſi iuxta æſtimationē monetariorū, per Regem publicandā recipiantur, ſub eiſdem pænis, quod itidem Capitanei ex delatione Theſaurariorū animaduertāt. Moneta vero Regni cudatur, iuxta ordinationem Dn. Stephani Regis, valore in Monetaria Ilkuſienſi antiquitus vſitato, donec alia ordinatio in Comitijs ſubſequatur Sic Conſt. 1601. ampliata Cōſt. 1611.

1. 1.648. §.0 Mynicy.

2.

Evocatio Nobilium 1598. post Curiam.

p. 689. §. O prz. wiecb zadwor. nych generalna.

Nobiles post Curiam non citentur, pro alijs bonis, nisi quæ fuerint liquidi iuris Regij, hoc est quæ in reuisione literarum, pro Regalibus bonis cognita fuerint, & quorum Reuisiones, & lustrationes intercesserunt, vel quæ in summis obligata sunt, siue antiquis, siue ad rationem quingentorum millium florenorum inscriptis, Tum de Aduocatijs, Sculteijs, Mineris, molendinis, Tabernis & alijs de iure exemptioni obnoxiis. Pro bonis vero in Reuisione nõ cognitis, tam Instigator, quam donatarius Regius, nonnisi in Comitijs agat. Cõtrauenientes huic Constitutioni delatores (qui in omnibus citacionibus expresse poni debent) quingentis marcis puniantur apud Tribunal, inter causas officij exigen. DucatumLithuaniæ hæc constitutio non afficiat. Excipiuntur quoq; ab hac lege Sculteti, Molitores, & Vasalli Prussiæ, qui seruitiis. oneribusq; Capitaneorum subsunt, nisi forte

quem

F. in eodem foro repetendâ

(1.) Decreta de bonis Regalib[us] vel iuris caduci lata. (2.) Bona Terrie Mazoviæ in dubium vocare. 1598.

quem Capitaneus tanquā rebellem, & inobedientem, vel propter commodum Regium detulerit. Decreta tamen Regia, de bonis vel Regalib⁹, vel iuris Caduci lata, in robore maneant, neq; in dubium vocentur, sub eadem [f] pæna. In Palatinatibus vero Wolhinen. Kiouien. & Braclauien. tam Instigator, quam delator pro bonis hæreditarijs, quæ Regalia esse putantur, nonnisi in Comitijs agat, sub eadem pæna.

In Ducatu Masouiæ de bonis, per Duces Masouiæ collatis, iura Nobilium, etiamsi priuilegia non habeant, modo dispositiones antecessorum suorum habeant, salua & integra conseruantur, iuxta confirmationem generalem, Anno 1592. factam: & iuxta constitutionem anni 1562. ita vt si quis eo nomine aliquem molestauerit, pæna quingentarum marcarum coram Tribunali, inter causas officij peremptoriè exigen. á iudicio non recedendo puniatur. Ea-

dem

Zupparius Russiæ de Depositorium Bidgostiense. 1598.

dem pæna interponitur contra Capitaneos, si decreta contra Constitutionem præsentem, siue in Contumaciam, siue ex controuersia partium, lata exequi voluerit. Causæ Prazmowskich de bonis & Aduocatia villæ Nieporeth, ex hac constitutione excipiuntur, quæ tamen in proximis Comitijs finaliter decidi debent.

p. 691. Ordinatia Soli Bydgoskiey.

Zupparius Russiæ singulis annis ad Depositorium Bidgostiense, vndecim millia tunnarum salis mittat, sub pæna mille marcarum, pro reparatione arcis Calisiensis conuertenda, in Comicijs ex delatione Zupparij Bidgostiensis repetenda. Et nihilominus sal mitti debet. Quod si quis cuiuscunq; status, sal eiusmodi, cum literis Zupparij Russiæ, in Cameris Telonei denunciatum, impediuerit, vel ab eo, eiusue vectoribus Teloneum exegerit, vel illud emere præsumpserit; vel si illud ex depositorio Bidgostiensi violenter receperit: Tum siquis idem sal, extra

deposi-

depoſitorium Bidgoſtienſe diuendere, vel alibi deponere audeat, licebit illud Zuppario Bidgoſtienſi, ad depoſitorium auertere, hoc ſi quis impediat, pæna quingentarum marcarum puniatur, apud Tribunal, inter cauſas officij exigenda: Tamen extra depoſitorium Bidgoſtienſe, licebit Nobilibus, ſal proprium in fluuio Iſtula vendere, Bidgoſtiæ autem, nemini alteri. ſal vendatur, quam incolis Palatinatuum Poſnanien. & Caliſsien. Saluis depoſitorijs, Dibouien. & Dobrzinen. Bidgoſtinenſi primo loco ſeruato, Legalibus quoque impedimentis ſaluis. de quibus vide Conſtitut. 1589. Zupparius quoq; Bidgoſtienſis & eius Notarij, in inſtanti vecturæ nomine ſoluant á ſingulis vaſis groſſos quindecim, pro ſale vero poſteaquã venditum fuerit, ſub eadẽ pæna, apud Tribunal ſimiliter exigenda. Quietationes vero Theſauri, inſtar pecuniæ paratæ ſuſcipiãtur. ad id vide Cõſt. 1607. & 1669.

(1.) Sal Cracovien. (2.) iuramenta Officialium Terr. 1598.
(3.) Pakty Siradien. (4.) Citatio contra Commissarios.

692. §. O Soli Krakowskiey.

1. Sal iu Zuppis Cracouien. more antiquo Nobilitati vendatur. idq; pro vſu proprio, ſub pæna centum marcarum, poſt Curiam peremptorie repetenda.

Ibid. §. O przysięgach Vrzędników Ziemskich.

2. Iuramenta Succamerarius, Iudex Subiudex, Notarius Terreſtres poſſunt expedire, in abſentia Palatini, & Caſtellani, coram officialibus Terreſtribus, & Nobilitate, in terminis Terreſtribus vel poſitione actorum, eiuſdem Palatinatus & diſtrictu.

Ibid. §. Obieranie deputatow

3. Palatinatus Siradienſis duos deputatos Iudices ad Tribunal eliget vno eodemq; die iuxta Conſt 1578. Diſtrictus Siradien. & Sadkouien. vnum Siradiæ. Petricouien. & Radomſcen. alterum Petricouiæ.

Ibid. §. Warunek Commissyy granicznych.

4. Citationes omnes contra Commiſſarios, & contra partem adhærentem, in cauſis limitum, inter bona Regalia, & hæreditaria, tam ad Comitia, quam poſt Curiam æditæ caſſantur, & in poſterum actus Commiſſariales per integrum numerum

Com-

1588. (1.) Commutationes antiquae bonorum Regalium. (2.) Poena koce. (3.) Obstacula in fluminibus. (4.) Warta fl.

Commiſſariorum in Statutis Regni ſpecificatorum, vt iuris eſt peracti in dubium non vocentur. de his vide Conſt. 1561. & 1567. & 1578. & 1588.

Commutationes antiquæ cum bonis Regalibus factæ, in reuiſione literarum acceptatæ, & in Comitijs vſq; ad annum 1569. approbatæ in ſuo robore conſeruātur, Nouæ item iuxta eandem Conſtit. 1569. ratificantur. 1.

Pænæ iudiciales dictæ Koce, Succamerarijs, eorumque Camerarijs, Capitaneis ac eorum Vicecapitaneis, in cauſis ab eorum officijs deuolutis, in Tribunali reddantur. 2.

In Fluuijs nauigabilibus nemo erigat aggeres, cataractas, molendina, ſub pæna 200. marcarum apud Tribunal inter cauſas officij per quemlibet repetenda neq; in ijs Telonea exigantur ſub ſimili pæna. V. C. 1601. pag. 737. 3.

Wartæ fluuij nauigatio ad effectum deducenda: ſic Conſtit. 1563. & 1557. & 1611. 4.

Decretum

Decretum Sigismundi Augusti Warssouiæ Anno 1571. inter Ciues Posnanien. & Comitem á Gorka ratione villæ Rataie latum in toto approbatur, & ad exequutionem finalem deduci mandatur.

1. Antiquæ Warsouiæ Ciues ab omnibus in Regno Teloneis pendendis eximuntur.

2. Correctura Iurium Prutenicorum approbatur.

3. Electio deputatorum ad Tribunal in Palatinatu Masouiæ, eo ordine fiat: vt primo anno vnus ex terra Czernen. alter ex Warsouien. Secundo vnus ex Wisnensi, alter ex Wissogrodien. Tertio vnus ex Zakroczimen. alter ex Ciechanouien. Quarto vnus ex Lomzensi, alter ex Rozanen. Quinto vnus ex Liuensi, alter ex Nurensi Terris eligantur, quæ electio Warsouiæ celebrari, atq; totius Palatinatus Nobilitas, ad eam pertineat.

Ad electionem deputatorum ad

(1.) Causæ expulsionum. (2.) Mareschallus Tribunalitig. 1598.

Tribunal Senatores & officiales Terrestres, cum Nobilitate palatinatus Mazouiæ ex æquo pertinebũt, pluralitas votorum prævalebit. Similiter in eligendo Marsalco eiusdem conuentus particularis.

Succamerarij Liuensis & Nurensis cum cæteris in Regno prærogatiuæ æquiparantur. p. 702. §. Podkomorzowie w Mazowszu.

Acta Castrensia Nuren. Kamenecen. Ostrouen. Lomzen. Ostrolecen. Colnen. perpetua sunto. p. 703. §. Grody wieczne w Mazowszu.

Acta Castren. Sadecen. & Biecen. Cracouien. adæquantur, vt sint perpetua. Constit. 1589 Ibid. §. wieczność Grodow etc.

1\. Causæ expulsionis, quæ non patiuntur moram, iudicentur inter causas officij vti & exemptionum transmutata Const 1611. p. 13. §. Cae expulsionis et exemptionis. Ibid. §. Causæ expulsionis.

2\. Marsalci Tribunalis Regni, Capitaneos in distribuendis hospitijs non impediant, neq; precia rebus imponant, neq; vllos prouentus, vltra salaria Iudicij sibi vsurpent, neq; priuata iudicia in hospitijs tractent. p. 704. §. O Gospodach na Seymikach y Sądziech.

Greg: Czarad. O pæna

(1.) Literæ fidejussoriales. 598 (2.) Incarceratio Nobilium. (3.) Securitas judiciorum. (4.) Plebeji bombardas portantes.

pæna super eo Constitut. 1611.

p. 704. §. O rękojemskich listach.

1. Literæ fideiussoriales in Ducatu Osuecimen & Zatorien. abrogantur. Quæ vero ante constitutionem præsentem factæ sunt, infra annum ad acta Castren. Cracouien. vel Osuecimen inserantur, sub pæna nullitatis. Chyrographa tamen super debita vti in Regno, saluantur.

p. 705. §. O slugach.

2. Constitutio anni 1588. de incarceratione Nobilium ita declaratur: vt Domini seruos conductos, & stipulatos, furti aut perfiduæ reos captiuantes, eidem constitutioni non subiaceant,

p. 706. §. Bezpieczeństwo wojewodztw. &c.

